

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann Johann Reinboth

Disputatio Inauguralis De Catechesi Veterum

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738042145>

Druck Freier  Zugang



Verl.: J. Reinboth

F. Cöthmann fa. "Programma t
R. U. theol. 1645. Disp. in ang.

319

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
**CATECHESI
VETERVM,**

Quam
Permissu
Amplissima Facultatis Theologicae
Pro Consequendo in Theologiâ

supremo Gradu,
P R E S I D E
VIRO

Admodum Reverendo, Excellentissimo
DN. JOHANNE COTHMANNO,
S.S. Theol. Doctore, Professore publico,
& p.t. DECANO,

Publicè

*Ad diem 17. Julij horis ante-⁸ pomeridianis
proponit*

M. JOHANNES REYNBODTHI
Illust. Ducis Sleswic. & Holsat. Su-
perintendens generalis & Con-
cionator Aulicus.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLV.





Σὺν Θεῷ

THEISIS I.



Octrina facilis & compendiosa Methodo incipientibus tradita Ecclesiasticis Scriptoribus Catechesis vel Catechismus dicitur.

2. Utraq; Vox Origine græca est; latinitate autem, sicut multæ aliae, quæ κατίσθιτον græca, χρήσιδι verò latinæ sunt, donata est.

3. In Bibliis non occurrit in abstracto, neq; frequenter apud profanos Autores. Habet eam tamen Porphyrius in init. ὁμηρῶν Συγγράμματων, ubi παιδιᾶς κατηχήσεως meminit.

4. Neq; Verba κατηχεῖν, κατηχίζειν gentilibus usitata fuisse in priori super Novum Testamentum Editione existimavit Erasmus, quem tamen ideò rectè admonuit Gulielmus Budæus, uti ex ipsis Erastii Epistolis lib. I. Ep. 6 f. 14. videre est, qui ideò in posterioribus editionibus, emendavit Lucianus enim ea utitur in Lucio sive Asino, εμὲ δὲ ἀπέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν ἑαυτῆς γενίσκων καὶ εἶπε κατηχεῖν, οὐαὶ τοιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Ridiculè facit Lucianus puerum Asini Catechistam.

5. In Novo fœdere sacerdos reperitur, & quidem apud Lucam cap. 8. v. 4. ἵνα εἰπεῖν περὶ ὧν κατηχήθησαν λόγου τὴν αὐτοφάλειαν ut agnoscas certas esse res, quæ auditione (ut Junius & Tremellius) accepti (velut Vulg. quo agnoscas eorum de quibus edoctus fuisti) certitudinem. In Actū cap. 18. 25. κατηχέμενον τὴν ὁδὸν τῇ κομεστῇ, qui erat institutus in via Domini, Et cap. 21. 21. κατηχήσθων δὲ περὶ σε ὃν δομοσοις ἐπὶ μαστοῖς Audiverunt autem de te ex aliorum sermonē te defectionem à Mose decere. In Epistola ad Romanos c. 2. 18. ἐκ τῆς νόμου κατηχέμενον, ex lege institutum. Ad Galatas c. 6. 6. κοινωνεῖτο δὲ ὁ κατηχέμενος τῷ λόγῳ τῷ κατηχήσην communis.

cet autem qui instituit in sermone cum eo qui se instituit, omnia bona. Deniq; in 1. ad Corinths. 6. 14. v. 19. ἵνα καὶ ἄλλος κατηχήσω ut alios instituam. An autem in his locis in eā significatione quā Vulgo inde Vox Catecheseos gaudet sumatur, dubium est.

6. Viri quidem magni nominis in locis thesiꝫ, citatis Emphaticam hanc significationem urgunt, qua putant significare rudimenta doctrinæ Christianæ vivâ voce vel proponere & quidem per Quæstiones apud Catechumenos vel discere eadem à Catechetis. Unde ubi cunq; hæc vox occurrit statim in Emphasii enodanda sibi placent & veterum Catechistarum & Catechumenorum mentionem faciunt.

7. Verum ut ingenuè fatear quod res est, nullus locus potest, in sacris monstrari, ex quo hanc strictam & specialem hujus vocis significationem Patribus usitatam eliciunt.

8. Hugo Grotius in annotationibus ad Lucam f. 196. de generali institutione quæ ante Baptismum incepérat Theophylas, vocem interpretatur, videturq; Oppositionem urgere, quod καθεξῆς opponatur τὴν κατηχήσον, quæ generaliter καὶ παχυμερῶς & ut Philosophi loquuntur ὡς ēν τύπῳ tradebat JESUM venisse, fecissè miracula multa, damnatum à Pontio Pilato &c. Verum præsupponit κατηχεῖν hoc loco sensu Patrum sumi, quod Philosophis est principium petere. Neq; Vox καθεξῆς id evincit, neq; quæ ex f. 541. ab ipso citantur ad locum Lucæ faciunt. Posterioribus enim temporibus à Scriptoribus Ecclesiasticis hanc vocem specialius sumptuam fuisse etiam iis constat, qui mediocres tantum in literis progressus fecerent. At quod in Luca hujus rei vestigium extet, nondum haec tenus mihi persuaderi passus fui. Ex Cap. 21. v. 21. constat, ipsum κατηχήσον usurpasse generaliter pro quacunq; informatione, ut etiam Erasmus f. 152. locum Capitis 18. huic adjungat, Lucamq; κατηχήση usurpasse aiat pro rescivit, sive edocetus est, non de fidei mysteriis agens sed de präfecto. Non enim Catechumenus Apollo erat, sed Vir præter Eloquentiam potens in Scripturis imò Doctor diligens v. 25. qui & libere in Synagoga docuit v. 26. & noverat baptismum Johannis v. 26. Quomodo autem probabit Grotius aliter in aliis locis Lucam sumisse?

9. Neq; Magdeburgenses Centur. 1. l. 2. cap. 7. f. m. 21. ex cap. 6. ad Gal. probabunt, quod Catechesin Veteres tradiderint. Generale enim

enim Pauli Præceptum est omnes Galatarum Auditores concitnens,
neq; aliud hoc vult, quam quod alibi dixerat 1. Cor 9. v. 11, 13, 14. Et
Christus Math. 10. v. 39. & Luc. 10. v. 7. Ab Ethnicis etiam compri-
batum, apud quos si Discipulus Magistrum non aleret, impius censeba-
tur. Rectè ergò Lutherus: Der vnterrichter wird der heilte mit dem/
der ihn vnterrichtet. Videatur idem Lutherus in Commentario super
hanc Epistolam, & Osiander in N. T. f. 137.

10. Vedit hoc etiam Theodorus Beza in notis suis f. 231. à quo ta-
men in eo dissentimus quod κατηχεῖσθαι Luc. 1. 4. propriè de primis
rudimentis dici, & in I. ad Corinth. 14. specialem vocis significatio-
nem occurrere assertat.

11. Putat quidem f. 154. Beza, maluisse Paulum dicere κατηχήσω
quam σκοπομήσω ut Corinthiorum fastum deprimeret, & ostenderet, se
comparatum esse ad infimum etiam quidam, nimis ad rudes & imperi-
tos primis religionis elementis imbueundos.

12. At ex Versu 16. colligitur, informationem hanc ab Apostolo
referri ad illos etiam, qui sacrâ cœnâ utebantur, de quibus quod loco ci-
tato agatur, Beza concedit, quibus tamen non prima rudimenta sed &
alia proponebantur, imē quod posterioribus temporibus distributioni
Cœna, qui primis religionis Elementis imbuebantur, non interesse de-
buerint, infra prolixè demonstrabo.

13. Ex connexione sanè & ex Versu 23. hujus Capitis patet, Apo-
stolum loqui de ejusmodi institutione, quæ inter publicos conventus
tota præsente Ecclesia facta fuit, & quando Cœna distribuebatur. Pro-
eius rei declaratioue elegantissimus est locus apud Justinum Apo-
logia quæ in Editionibus posteriore loco ponitur, quæ cum genuina
facies prisæ Christianæ simplicitatis ab antiquissimo ferè qui quidem
hodie extat scriptore, eodemq; Christi martyre ob oculos ponatur, sco-
pusq; Pauli XIV. illustretur, nostraq; solutio declaretur, illum hic legi
volui.

14. Solù qui dicent die omnium qui vel in oppidiū vel ruri degunt,
in eundem locum conveniunt: Et Commentaria Apostolorum aut scripta
Prophetarum, quo ad tempus fert, leguntur. Deinde quiescente lectori
Præses Orationem habet, procul dubio explicans Scripturam, quod Apo-
stolus v. 3. & seqq. Prophetiam ac προφητεύει vocat, non prædictio-

nem futurorum sed Interpretationem Scripturæ) sub hac consurgimus
nā omnes & preces fundimus [qua de re Apostolus agit in versu 13. & 14.
Quapropter qui loquuntur lingua, oret ut interpretetur. Nam si o-
rem lingua, Spiritus meus orat, sed intelligentia mea est infructuosa.
Quid est igitur? Orabo Spiritu, sed orabo etiam intelligentia: Psal-
lam Spiritu sed psallam etiam intelligentia. [Precibus ergo locus
relictus de quibus Tertull. Apolog. cap. 39. Chrys. Hom. 26. in Matth.
& Hom. 18. in 2. ad Cor. August. Epist. 59. & 107. neq; cantiones ne-
glecta, cuius rei etiam Plinius in Panegyrico testis esse potest.] Peractis
precibus panis affertur, & Vinum & Aqua (qua ex ritu in primitiva Ec-
clesia cum Vino miscebatur ἀδιαφορικῶς.) Et preses similiter, quantū
potest preses & gratiarum actiones fundit, populuq; faustā acclamatione
(quod postea etiam Chrys hom. 2. de Laz Hier. Epist. 2. & Augustinus de
doctrina Christi. c. 10 factum) approbat, at dicit Amen. [Paulus v. 16. be-
nedictionis meminit & gratiarum actionis ad quam Idiotæ etiam Amen
dixerunt Eὐλογία & εὐχαεστία Pauli procul dubio respicit ad pri-
mam Cœnæ Institutionem, ubi Dominus noster cum institueret Sacra-
mentum sacratissimæ cœnæ eὐλογίας καὶ εὐχαεσθίας ἐν λαοῖς τὸν
ἄρτον gratijs DEO actis fregit panem & distribuit, nobis hoc ipso Ex-
emplum præbens imò injungens, ut cum idem Sacramentum admini-
stramus, DEO gratias agamus. Videatur Chrysost. Homil. 26. in
Matth. Unde ipse Paulus 1. Cor. 10. v. 16. μαθέτων τὴς εὐλογίας Cœ-
nam vocat, ex quibus Patres etiam hoc Mysterium ita vocarunt Cyril-
lus & Maxitus & εὐχαεστία est Eusebio l. 5. cap. 26. imò Syro, Ignatio
Epist. ad Smyrnenses, Iren. & Orig. contra Celsum Tom. 8. Cypr. de
lapsis &c.] Hinc Distributio sit Eorum in quibus gratia sunt acta &
participantur ab unoquoq; presente, absentibus autem per Diaconos mittun-
tur. Cœterum fortunatores & qui volunt pro suo quicq; arbitrio quan-
tum visum est contribuunt, [quod collectum Tertull. depositum pietatis
vocat, quod egenis alendis humendisq;, & pueris ac pueris re ac paren-
tibus destitutis, jamq; domesticis sensibus, item naufragis & si qui in
metallis, & si qui in Insulis vel custodiis, duntaxat ex causa DEI sectæ,
alumni confessionis suæ fiunt. vid. Iren. etiam] apud præsidem depo-
nitur & ipse inde pupilli & viduū opem fert, & qui propter morbum vel
aliam causam egent, qui quoq; in vinculis sunt & peregrinæ advenientibus
hospitibus, & ut simpliciter dicam, ille omnium indigentium curator est.

15. Pro 3

15. Propriè ergò κατηχεῖν informare, instruere, docere (unde Hesychio κατηχέμενος informatus) sive apud rudiores, sive doctiores & perfectiores sicut in sacris significat, neq; existimo apud profanos Scriptores aliter usurpari, ut non negem, si deductionem Vocis speciebus, informationem quā Doctor incorām voce Auditorem informat, significare. Ex κατηχεῖν enim & οὐκ deducitur, quod voce Tulliana (lib. i. Officiorum circum sonare aut auditione percipere l. 2. de Natura deorum] non in commode redditur. Inde Clemens Alexandrinus lib. i. Pædagog. f. 127. lib. 2. c. 11. in fine & lib. 6. σπωμέντ. fol. 616. ait : Catechesis est qua per auditum suscipitur institutio.

16. Quia autem in primitiva Ecclesia illi qui nomina dabant Christianæ Religioni ore tenus, ut præter citatum Clementem, Gregorius Nazianzenus de Paschate, & Chrysostomus Homil. 61. ad populum Antiochenum habet, docebantur, illisq; summa doctrinæ Christianæ capita, eaq; ad vitam piam necessaria κατηχεῖν proponebantur, factum fuit, ut hunc actum, fidem Christianam docendi, specialiter κατηχεῖν vocarent, doctrinam autem ipsam fidei & pietatis Catechesin (non aliter ac apud Philosophus ἀνθρώποις sumitur pro doctrina ἀνθρώποι) Doctores autem κατηχητές, κατηχιστές, καὶ κατηχόστες didicuntur teste Hieronym. de scriptoribus Ecclesiasticis, Doctores audientium Cypr. Epist. 26; auditores, autem Catechumenos. Vocalis enim traditio semper aliquid latentis energiæ habet, & efficientior est, altiusq; præcepta infigit auditorum mentibus, & attentiores discentes reddit. Præterea ea Doctorum solet esse ratio, ut plurimorum & inter illos ruidorum maximam habeant rationem. Hi autem cum rarius legere noint, illos διδάσκεται & κατηχήσει debuerunt Ecclesiarum Præpositi.

17. Dum ergo Benedictus Aretinus in Commentario ad Lucam ideo prima Elementa doctrinæ Catechesin vocata putat, quod olim visum fuerit nefas esse mysteria literū committere, sed voce tantum tradi, quod Caesar etiam de Druidibus scribit, non uno modo errat.

18. Druides qui fuerint notum est, divinationibus (versibus præculdubio inclusis, quod per frequens erat Magis uti vel ex unico Virgilij loco — Carmina &c. patet) scil. toti dediti, teste Cicerone lib. i. de Divinitatibus: ut ipsorum sacra ab ipsis Ethnicis prodigiosa habita fuerint teste

Plinio

Plinio lib. 30. Cap. i. diræq; immanitatis à Tiberio ideo (Augustum enim
hæc interdixisse civibus Sueton. in Claudio, Claudiū autem compres-
sile, Aurelius Victor fol. 51. tradit.) abolita l. i. & lib. 16. in fine & Vopiscus
in Aureliano ostendit f. 212. Quis autem Aretium docuit Martyres, Do-
ctores & Episcopos in Catechesi sua denominanda Druides, illorumq;
mores respexisse?

19. Concedo equidem Druides sacra & mysteria minimè Voce
prodidisse, cum id rotundis Verbis Cesar & Pomponius Mala lib. 3. alle-
rant. Clam enim ait Mela, & diu vicenā annū in specu aut in abditū sal-
tibus docuerunt. Unum ex ijs qne precipiant in Vulgus effluit videlicet, us-
forent ad bella meliores, eternas esse animas. At quid hoc ad nostram Ca-
techesin? Quamplurimi Ethnicorum sacra operata uti Plinius, &
Operata uti Flaccus vocat, habuerunt, cum quibus tamen summam do-
ctrinæ Christianæ velle conferre tantum non impietatis est. Pythago-
ræos sua ἀπόρρητα habuisse Jamblichius olim monuit. Peripateticorum
ἀρχοάρχοις non in Vulgus notas Scherbius eruditè ut solet, docuit. De
alijs ex Herodote, Plinio, Diodore Siculo Arriano & Livio facile idem
possemus monstrare, si ad nostram thesin ficeret. Verum ut dixi nihil
ad doctrinam Catecheticam.

20. Forte Aretius putavit Cathechesin Veterū Mysteria ipsa
statim Catechumenis tradidisse? (quod etiam proculdubio ipsum in
erro rem induxit) Absurdus si Vocem μυστηκῶν sensu Patrum sum-
serit. Verum scilicet est, ut apud Cyrilum in Procatechesi legere est non
fas fuisse Catechumenis sacra Mysteria περιγραφαί i. e. Voce circumso-
nante audire. Verum Mysteria Patres contradistinxerunt Doctrinæ Ca-
techeticæ, & Ecclesiæ Sacramenta remq; & baptismi & coenæ denota-
runt, ut ex Justino, Chrysost. Naz. Orat. colligitur. Et apud Epiphanius
in fine Operis ubi instituta Ecclesiæ ponuntur, ita legas-
τὶ ἀλλα μυστηκαὶ τεῖχοι λυτρῷ καὶ ἐρδοῖσι μυστηκῶν ἐπιτάλεται hoc
est, Alia Mysteria de lavacro & interioribus mysteriis peraguntur. Ubi My-
steria appellantur in genere omnia Sacramenta.

21. Inprimis apud Cyrilum hac de re clarissimus est locus in Pro-
legom: De Mysterijs presentes si sin: Catechumeni clare non lequimur: sed
sepe multa dicimus teste, ut qui norunt fideles intelligant.

22. Cæsar sancte non Aretij sed alias causas allegat, cur non fas exi-
stimarint versus literis mandare, scil. ne in Vulgum disciplinam efferent,
neg

neq; illi qui discerent, memoriae consili, minus memoriae studearent, quod cum nostra Catechesi non convenit.

23. Tantum enim abest, ut invideat DEUS hominibus, vel arceat quemq; à salutari agnitione, ut ideo Ecclesiam supra montem positam voluerit, *Matth. 5. v. 14.* sonumq; exire in omnem terram ad *Romanos 10. v. 8.* omnesq; juxta *c. 2. 14.* priorū ad *Timotheum* homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.

24. Neq; tam memoriae, quam ipsis DEI oraculis & promissio-
nibus fidendum, sacra Christiana exigere sanctissimi Patres noverant.
Non enim Christianorum sacra ad memoriam recolendam ducunt, sed
ad fidem & bona opera.

25. Tandem cum ipse DEI Spiritus mysteria [sensu scripturæ] Christianorum in literas referri voluerit, cuius ductum secuti Amanu-
enses, fide bona, Christi doctrinam literarū monumentis consignarunt,
& ad gratiam posteritatem, non sine summa DEI providentia, propa-
garunt, quā conscientia Aretius dicere poterit, Elementa doctrinæ ideo
vocata Catechesi, quod olim visum fuerit nefas esse mysteria literis
committere, cum Martyres & alij Doctores etiam κατὰ μίδα Aposto-
los secuti fuerint, & non tantum Apologetica sed & Catechetica scri-
pta nobis reliquerint.

26. Post Apostolos primum locum sibi vendicare videtur, Her-
mas (qui putatur idem, cuius mentionem facit Paulus *Rom. 16. v. 14.*)
qui teste Eusebio lib. 3. cap. 3. Elementares flagogas scripsit, quas La-
tinis ignotas ait Hieronymus, in quibus Pastoribus voluit tradere cer-
tam formam, juxta quam Principia fidei rudioribus proponerent.

27. Post Pastorem in Historia Ecclesiastica reperitur, Dionysij Ca-
rinthij Epistola ad Lacedaemonios κατὰ Χρήστον Orthodoxæ doctrinæ in-
signita uti habet Nicephorus lib. 4. c. 8.

28. De Pantano refert Eusebius lib. 5. c. 10, quod propter multa re-
ctè facta & Virtutes eximias tandem Scholæ Alexandrinae (in qua quod
Catechesi docuerit, infra, dicam) praefectus fuerit, qui tum sermone co-
ram tum scriptis divinorum institutorum & religioni thesauris hominibus
proposuit.

29. Pantani Discipulus fuit Clemens Alexandrinus, qui tres libros
nomine Pedagogi scripsit, quos quod ad Institutionem Catecheticam

accordmodarit testatur ipse lib. 3. ἐπωμάτων (ut præterea Theopili
tres Institutionum & Origenis libros περὶ δέκαων.)

30. *Cyrillus Hierolymitanus* undecim ad minimum [octode-
cim vulgo numerantur] Catecheses publici juris fecit, quò etiam refer-
ri videntur libri Κατηχήσεων ut enim ex titulo colligitur qui ex
1. Tim. 1. 13. desumptus est, vult Clemens ostendere in his formam sa-
norū Verborū in singulis articulis fidei. *Augustinus* deniq;
ut cat-
e-
cam que in Nazianzeno, Chrysostomo & Basilio hac de re extant docu-
menta, Catechesin, ejusq; methodum XXVI. capitib; complexus est,
misito ad DEO gratias Carthaginem Episcopum, quæ in Tomo IV. ope-
rum Augustini titulo Homilia de Catechisandū rūdib; extat.

31. Hactenus de VOCE, illisq; qui Catechesin imprimis scriptis
illustrarunt, vidimus, ordinis ratio postular, ut de Authoribus Cateche-
ses aliquid addamus.

32. Et certe DEUS ut bonorum donorum omnium *Jac. 1. v. 17.*
autō & Pater, ita & Catechesos est. Imo si rem exactius excutere volu-
erimus, ipse primus Catecheta constituendus, qui post lapsum Protopla-
nos instituit. Tantum scilicet ipsis reliquit, ut legis opus scriptum ma-
neret in eordibus teste Paulo ad Rom. 2. 25. qua ratione Decalogi fun-
damenta proposuit, Symbolumq; fidei in Protevangelio exhibuit *Gen. 3.*
v. 15. quod cum Messiam promitteret, Adam cum omnibus fidelibus
posteriori fide apprehendit, promissionesq; inibi contentas sibi applica-
vit, & ita per gratiam Domini Iesu Christi creditit salvari *Act. 15. 11. 31.*
Quæ fides tenerimum desiderium in ipso & posteriori excitavit, ut quod
de Simeone *Luc. 2. v. 25*, ipsum expetiisse vel desiderasse consolationem
Israel & alijs *v. 38. id Luc. 10. v. 23. 24.* plenisq; tribuitur: Dico vobis
multos Prophetas & Reges cupivisse videre quæ vos videtis, quod de-
siderium nihil aliud fuit quam fiducialis ad Deum Oratio *Psalm. 10. v. 2.*
Non tantum igitur hoc desiderio Messiam expetebant, sed & omnia-
bona à DEO petebant. Semper enim ad promissiones Abrahamo &
Jacobo factas respiciunt, & propter illas ut pote Messiam proponen-
tes & includentes, exaudiri, & omnibus bonis ornari firmiter sibi per-
suadent.

33. In hac Veteris Testamenti exordiali Catechesi, an Sacramen-
torum à DEO ratio fuerit habita, dubitari posset. *Jacobus Arminius*
in

in Disputationibus suis privatū, in quodam Corollario, ita hac de re disserit
 I. ait Verisimile est Ecclesiam à primava post lapsum promissione & repa-
 ratione ad Abrachami usq; tempora Sacra menta sua habuisse, quāquam il-
 lorū expressa in Scripturā non fiat mentio. II. Quæ illa fuerint audacius
 affirmare esset, si tamen quid dicat, primum fuisse oblationem infantū re-
 tens mari coram Domino codie, quo mater purificabatur à partu; alterum
 d' esum Sacrificiorum & adspersionem sauginū probabilitate non ca-
 ret. Hæc Arminius.

34. Verum cum hæc omnia audacius extra Scripturam & tradi-
 tionem dicantur, cā facilitate contemnuntur quā asseruntur. Sacrifi-
 cia post lapsū in Usu in Ecclesia fuisse, novimus, quæ, nisi ē deo d' p'oxē-
 os accusari & damnari debuissent Ecclesiæ Cives, à DEO procul dubio
 fuere mandata & præscripta, ususq; inculcatus (de posterioribus enim
 temporibus, ubi cum Circumcisione & Agno Paschali & alijs, Ecclesiæ
 fuere à DEO per Mosen commendata, nullum est dubium) sed an Sa-
 cramenta propriè dicta debeant & possint vocari, quæ gratiam vel con-
 tulerint vel consignarint, hujus loci non est explicare, neq; quicquam ad
 materiam præsentem facit.

35. Nonnulli alia etiam in Veteri Testamento, post lapsū ad
 fundamentalem pietatis informationem pertinuisse malunt, septem
 Nox Præcepta, ad quæ Act. 15. etiam respici existimant, quibus tamen
 Subscribere non possumus. Hæc enim cum non diversa sint ab ijs quæ
 ex jure naturæ fluunt, non tantum hæc septem, sed & alia, Nox posteri-
 tati fuere commendata, ex quibus peccata agnoscere, & juxta quæ vi-
 tam piam conformare debebant, ut non opus habeamas, ex nugis Ra-
 binicis Theses nostras compleere. Si quis tamen de his nonnulla volue-
 rit, audeat Valentini Schindlerum in Rad. ΠΤΥ f. 1530. & Wilhelmi
 Schickardum in Bechinath Happereuschim f. 84.

36. Quæ Protoplasis à DEO fuere proposita illa etiam posteris
 fideliter viva voce tradiderunt. Et hæc partim domi, partim in Scholis,
 partim in Conventibus publicis, præsertim die Sabbathi, & postea in
 Festivitatibus solennibus, à parentibus vel familiarum præsidibus, impri-
 mis primogenitis, Prophetis & Sacerdotibus fuere inculcata.

37. Parentum munus fuisse, Exemplo Abrachami probatur. De eo
 enim ipse DEUS Gen. 18. 19 testatur, quod has partes sibi commis-
 se expleverit. Nam agnovi eum, ait Dominus, ut cum præcepit filii sui &

familie suo, posse, etiam obseruent viam Iehova exercendo iustitiam & ius, atque præstet DEUS Deut. 6. 6. Et erunt verba ista quæ ego præcipio tibi, hoc die in corde tuo. Addatur locus Exod. 12. 24. 26. c. 13. 8. in primis Psalmo 78. 5. ex versione Junii & Tremel. Aperiā quæ audiūmus ac cognovimus, ut majores nostri narraverant nobis. Non celabemus filios eorum generationem posteram. Nam statuit testimonium in Jacob, & legem posuit in Israel, cum præcepit majoribus nostris nota facere filios ipsorum ut sciant generatio postera, filii nascituri surgentesque enarrerent filios suos, ut ponant in DEO spem suam, neque obliviscantur actionum DEI fortis, sed præcepta ejus custodian.

39. In Novo autem foedere Spiritus Sanctus repetit, injunxitque majoribus ad Eph. 6. p. 4. Educate liberos eum in uirtute & ueritate. Iude benè Augustinus alicubi. Quod est Ecclesiastæ in templo, id parentum est liberos docere domi sue. Huc Magdeburgensis cent. I. z. referunt quod Paulus congregationis quæ sit in domo Aquilæ & Priscillæ Rom. 16. mentionem faciat, & Nymphæ ad Colos. 4. philemonis in Epist. ad philemonem, quas Ecclesiæ scholas domesticas vocant.

40. Fecit id Leonides Pater Origenis teste Eusebio lib. 6. cap. 2. & Nicephoro lib. 3. c. 2. qui statim filium divinis imbuens literis. Illi enim prima cura fuit, ut filius & παιδεύως, sed justa opera, una cum accuratis discipulis eas addiscerit. Cum parentibus conjungo susceptores, quos haec in re conjunxit Synodus Arelatensis c. 19. patentes filios suos & eos quos de fonte lacrari suscipiunt, erudire sumptuero studeant, illi qui eos genuerunt, & cù à Domino dati sunt; isti quia pro eis fidei iussores existunt. In Concilio Mogantino Can. 47. eadem cura compatribus demandatur.

41. Neque Nutricum opera fuit rejecta, ut etiam Basilius non sibi dedecori fore existimet, quam operam hoc in studio nutrix Marcellina impenderit, narrare. Verba Basili in Epistol. 75. hæc sunt: Fides nostra que poterit esse evidentior probatio, quam quod à nutrice beata formina, que ex vestro gremio progressa est (Marcellinam dico, illustram illam) educati sumus, à qua & beatissimi Gregorij Verba, quæ memoria beneficio, ad illius uigilatatem servata ipsa retinuit, edocti sumus, quibus illa nos adhuc infantes, tanquam pietatum dogmatibus finxit ac formavit.

42. Præterea in Scholis publicis à Præceptoribus & Magistris hæc fundamenta fuisse proposita quis dubitat? Hæc enim sunt Officinæ pietatis.

pietatis, quibus haec fundamenta inculcanda, denegare, est ipsas evocare. De his primò cum filiis Prophetarum 2. Reg. 4. 38. c. 6. fuit actum. Huc Synagogæ Judæorum pertinens, quarum in N. Testamento scèpè sit mentio Matth. 9. v. 18. 23. Cap. 12. v. 9. Cap. 6. v. 2. Matth. 13. v. 54. Mat. 1. v. 23. Cap. 3. v. 1. Cap. 6. v. 2. Luk. 4. v. 15. 28. 44. Iohann. 9. v. 22. Cap. 12. v. 42. Act. 13. v. 1. Christiani autem Judæorum Synagogas, quod & de gentibus dicendum, in Scholas Christianas commutasse existimari potest. Paulus enim in Schola Tyranni cuiusdam Corinthi, disputasse & suos discipulos erudiisse dicitur. Act. 19. 9.

43. In Ecclesia primitiva itidem Scholas publicas fuisse Catecheses affirmat Eusebius De Pantano (qui tempore Commodi vixit) narrat, quod Vir omni humaniore literatura præstantissimus, institutioni Christianorum præfectus fuerit, qua quidem in illo loco Consuetudine ab antiquis temporibus ducta, sacrarum literarum schola habebat, qua est ad nostram uigilatatem continuata, quam sanè ab hominibus, cum politiore doctrina & eloquentia mira instructi, tum sacrarum literarum studio probè exercitatio frequentiam accepimus.

44. Successor Pantæni Clemens fuit Alexandrinus, de quo idem Historici Ecclesiastici Parentis Eusebii lib. 9. Cap. 5. Post Pantenum Clemens Schola Alexandrina, (ubi ab antiquo Scholas κατηχήσεως in Ecclesiis fuisse Eusebium testatur, forte cum Marcus ibi Ecclesiam collegit, Philosophis & Judæis ad Christianismum conversis, Schola illa Ethica seu Philosophica in Christianam commutata est) ad fidei Principia docenda instituta, ad illud ipsum tempus quod jam persequimur, præfuit: Sic ut Origenes dum puer erat, auditor ejus ac Discipulus existere.

45. Neq; abnuit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum: Clemens, ait, Alexandrina Ecclesia Presbyter, Panteni de quo supra rerum eius auditor, post ejus mortem Alexandria Ecclesiasticam Scholam tenuit, & κατηχήσεως Magister fuit.

46. Neq; Origines ex Classe hac omittendus. De hoc enim Eusebius lib. 6. cap. 3. cum ludum aperuisset, seq; ad docendum contulisset, & jam nemo Alexandria reliquis eset, qui populum infidei Principiū institendum operam daret, nonnulli ex gentibus, DEI Verbū auditū, ad eum conveniebant. Et paulo post. Origenes decimum octayum etatū sue annum jam agebat, dum Schola Christiana institutioni præfiebatur [ita & Niteph. lib. 5. Hist. c. 1.] in quo munere exequendo, dum persecutionum

~~violentia aquila Alexandria praefecturam gerente, vehementer ingravescebat, permagno sanè fecit progressus impellatq;. In cap. 12. it. repetit ad eos in fidei principiū instituendos.~~

47. Cum autem Origenes videret scipsum non satis habere vi-
trium cum ad reconditus rerum divinarum studium, tum ad eos in prin-
cipiis fidei instituendos qui ad ipsum accedeabant [à quibus dum alij
post alios, passim à primo usq; mane ad vesperam ad ejus ludum litera-
riū quotidiè veniebant, & nec respirandilocus concedebatur] multitudi-
nem discipulorū in duas partes distribuit, *Heracliam* coeteris suis Discipu-
lis præfaciens, *Virum* cum sacrarum literarum studiosum, tum revera in
alijs disciplinis disertissimum, tum Philosophiæ deniq; non ignarum,
socium in instituendi munere sibi adscivit, & huic eos erudiendos com-
misit, qui ipsis fidei Elementis mōdō essent imbuendi, eorum autem
disciplinam, qui in cursu erant positi, ab ipso doctrinæ sacræ habitu ali-
quanto matuiores, sibi ipsi docendos reservavit.

48. Quæ omnia de Origenе nondum Presbytero dicuntur, ne
quis putet in primitiva Ecclesia Exercitum Catecheticum ad solos Pa-
stores spectasse. Ita enim Eusebius fol. 116. Eodem tempore Orige-
nem Scholæ Alexandrina operam navantem, miles quidam literas à Preside
Arabie et tum De metrio Episcopo, qui ibidem rexit Ecclesiam, tum Praefetto,
qui tum Ægypto præfuit, attulit, ut cum omni festinatione Originem ad
ipsum mitterent, qui in sacris literis eum erudiret. Et Paulò post. Cœ-
sarei ludum aperit, ubi licet nondum Presbyterij gradu potitus ab Episcopis,
qui ibi erant, non disputandum solum, sed ad Scripturas ctiam aperiendas
magnoperè in communi Ecclesiæ concessu rogatus est. Et cum quidam hoc
male ferrent, Alexander Hierosolymitanus Episcopus respondet. Ubi id-
nei & habiles reperiuntur Laici, qui fratribus verbo DEI adjumento sunt,
à sanctis Episcopis rogantur, ut populum in Verbo instituant.

49. Post Heraclam Dionysius unus ex Origenis Discipulis, scholam
institutionis capessit, attestante Eusebio lib. 6. cap. 23. fol. 130. ex Niceph.
lib. 5. cap. 18. Dionysius autem qui postea Heraclæ in Episcopali digni-
tate successit, tum quoq; pro eo scholæ sacræ Catechistes est creatus,
quintus ab ipso Pantæno successionis ordine, loco.

50. Non adducam Optatum à Cypriano Epist. 24. neq; Gregori-
um apud Neocæsarienses à Basilio Tom. 2. Ep. 75. f. 64. Gregorium
Nazianenum & Basilium qui in Ponto, teste ipso Gregor. Nazian: in lau-
de Basili f. 151. exules pietatis gymnasia, quæ in illis locis erant, mode-
tabantur,

rabantur, Didymum ab Hieron. in Apotegetico ad Dominum: Cyrillum, & Theodoreto Dial. 2. & Damasceno Orat. 3. DEO gratias Carthaginem ab Augustino lib. de Catech. rudibus laudatos, sic enim non Disputationem, sed volumen conscriberem.

51. De Apostolorum etiam temporibus parum specialiter annotatum est, nisi quod, quemadmodum primo in Synagogis Judæorum Matth. 9. v. 18. docuerunt, ita etiam privatas congregations informatio- ni destinatas habuere Vide th. 42.

52. Neq; in templo & in Conventibus sacris Catechesin neglexerunt Veteres. In solennioribus enim Festis, quibus interfuerunt etiam parvuli, quid magis necessarium fuit, quam in lege informare Auditores, & ex occasione sacrificiorum doctrinam de Messia explicare? Hinc & iij, qui sacris præferant, optimi Informatores Juventutis habiti sunt: Hanna enim Samuelem, Eli commendabat 1. Sam. 1. v. 26. Et 2. Chron. 22. v. 11. & 12. tempore Athalæ in domo DEI absconditur Joas, ut non dubitem, etiam ibidem informatum. Christum Juvenem duodecim annorum Luc. 2. v. 46. & 47. in templo audivisse, & alios docuisse notum est. Subsequentibus temporibus Tyrones in fide & moribus publicè instructos fuisse, certissimum est, ut mirer, cur Aretius in Anno- rationibus suis Luc. 1. neget, Catechumenos in cætum audientium ad ex- plicationem scripturarum admissos.

53. Contrarium enim ex Chrysostomi Homilia 61. ad populum Antiochenum, de sacrorum participatione, & Augustino serm. 42. de Verbis Domini patet. Quid? Concilia in faciem Aretio contradicunt. In Conclilio enim valentiniano hæc habentur: Sacrosancta Evangelia autē post munera illationem [id est, panis & Vini ex Canon. 4. Synodi Matricenensis] in missa Catechumenorum [sumitur pro ritu sacra calebrandi] in ordine lectionum, post Apostolum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri JESU CHRISTI, vel sermones Sacerdotū non solum fidèles, sed etiam Catechumeni ac pénitentes & omnes qui è diverso sunt, audire lici- sum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione ad fidem attritos evi- denter scimus.

54. Sanè Catechumenis tempore Theodosij Juniores & Cyri consulum, copiam factam publicè legendi ex Concilij Auroraicensis canone 18. didici, modo non sphalma aliquod in Codices irreperserit. Episcopis pli- cuit à Catechumenis legi Evangelium in Ecclesia, qui Canon tamen non

CQD.

convenit cum Canone XV. Concilij Laodicensi, ubi non licet preter Canonicos Psalmos, nisi qui regulariter lectors existunt, quiq; pulpitum ascendent & de Codice legunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere; neq; cum Capitulo Græciorum c. 48 quod non licet in pulpito psallere aut legere, nisi qui ab Episcopo Lectores sunt ordinati.

54. Imo qui locus ipsi fuerit in coetu audientium interpretationem Scripturarum assignatus, norunt Antiquitatis Ecclesiastice Studioi ex lib. 10. Eusebij Historia Ecclesiastica, in Concilio Constantinopolitano VI. can. 97. catechumenorum mansionum in templis sit mentio.

56. Egregius locus est apud Gregorium Neocæsarea Episcopum in Epistola Canonica: η ἀκρόασις, ait, ενδοθε τὰς πύλης ἐν τῷ ναῷ οὐδεναὶ ζητεῖν τὸν ἡμερητῆρα, ἕως τῶν κατηχουμένων οὐδὲ ἐντεῦθεν ἔξερχεσθαι. Auditio erat intra portam, ibi stare oportebat eum qui peccaverat, neq; ad Catechumenos inde egredi. Et: η δε ιωάννως ἵνα εἶσωσθε τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ιστέμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἔξερχηται. Hypothesis ubi intra portam templi stans cum Catechumenis egrediebatur. Agit Gregorius de ritibus, sive disciplina, quam severè adhibebat antiquitas. Primo scilicet, neq; Catechumenorum coetui Lapsi interesse debebant, sed in ποντικών & à Catechumenis & à fidelibus separabantur, neq; nisi per tres annos poenituisse, admissi fuerunt ad audiendum Verbum Domini cum Catechumenis, qua de causa locus ἀκρόασις etiam ubi steterunt, fuit dictus, quanquam Catechumeni honoratore experientur loco, neq; ipsis penitentibus concederetur per tres integros, ut plurimum annos, interesse precibus Ecclesiæ, quæ quod post Explicacionem Verbi factæ fuerint, supra ex Justino audivimus. Catechumeni autem, notante alibi Gregorio, non tantum audiverunt scripturarum Explicationem, sed etiam precibus inter fuere. Finitis enim tribus annis ad Hypopto sin penitentiam admissi, cum Catechumenis ejusdem honoris in inferiore templi loco fuerunt, & precum particeps cum Catechumenis exiverunt. Et hoc ipsum est κοινωνία χωρίς προσφορᾶς quod penitentibus conceduntur Canones Ancyranis 6, 8. 9. & Canon. 9. Concilij Ilerdensis.

57. In Laodiceo Concilio paulò aliter constitutum. Autem penitentes enim exire debuerunt ut habet Canon. 19. Oportere seorsim primum post Episcoporum etiam Catechumenorum orationem peragi & post quam

quam exierint Catechumeni, eorum qui paenitentiam agunt fieri crationem &c.

58. Quemadmodum autem fideles pro Catechumenis orabant in Ecclesia & in publicis sacræ Liturgiæ precibus, ita etiam Catechumeni preces ad DEUM pro se ipsis fundebant. Priorum meminit Chrysostomus Homilia 2. ad 2. Corinth. qui Sacerdotem pro Catechumenis orantem hac precum formulâ introducit: δενδῶμεν ἵνα ὀπωρελέγουσιν οὐκ ὄντες πονονθήσου τῶν δεκατῶν, hoc est, Oremus ut misericordissimus & miserator DEUS eorum Orationes exaudiatur. Et Augustinus Epistola 107. Audit Sacerdotem exhortantem Populum DEI, orare pro Catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret. Summatim autem Chrysostomus loco citato Catechumenorum Votum exprimit, quando ait: δεντος δὲ κατηχυμένων τίς ἂν εἴη, ἀλλ' ὅστε μὲν μεῖνον κατηχυμένος, id est, Quanam verò Catechumenorum sutorat, nisi ut ne maneat Catechumeni.

59. Neq; tempus dimissionis Catechumenorum neglexerunt antiqui scriptores de quo præter ea quæ ex supra dictis possunt repeti, Ambrosius agit in Epistola 33. ad Marcellinam sororem: Erat Dominica ait, post Lectiones atq; Tractatum (homilias intelligit uti ex Vinc. Lerinen-si & Victoris Uticensis lib. 1. persecutionis Vandalicæ, Gaudentij lib. 17. Socr. l. 6. c. 4. quibus annexæ preces) dimissis Catechumenis Symbolum aliquid competentibus in Baptisterijs tradebam Basilea. Dum of-fero &c.

60. Finitis precibus mittebantur vel dimittebantur Catechume-ni, à qua missione vel dimissione Missæ etiam Vocem ortam nonnulli putant. Ita enim habet Isidorus l. 6. Orig. cap. 19. Missatempsore sacrificij, quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Levita; Si quis Cate-chumenus remansit, exeat foras, Canon 84. Concilij Carthaginensis IV. ne Episcopus prohibeat ingredi Ecclesiam & audire Verbum DEI sive Gen-tilem sive hereticum, sive Iudeum, utq; ad Missam Catechumenorum.

61. Ex quibus facilè intelligitur, quid nomine Missæ Catechume-norum Concilium intelligat, nimirum tempus, quo dimissi Catechu-meni. Cum enim in publicis congressibus prius Catechumenos dimi-terent & post fideles, hinc factum fuit, ut priorem dimissionem Missam Catechumenorum, posteriorem fideliū dicerent, quæ propter excel-lentiam, ut sola diceretur Missa, tandem obtinuit; quemadmodum ex

C

Tertult.

Tertius Ambrosio, Eusebio, etuditè ut semper monet Isaacus Causa bonis
in Exercitatione 16. adversus Baronium num 62. O Mornanus de Missa
fol. 134. Inde Veteres in Latina Ecclesia dixerunt, Missa est, id est Amissio
missio sive dimissio sicut remissa pro remissione, Cyprianus pañim O de
bono patientia. Dominus baptizatur a servo O remissam peccatorum datu-
rus, ipse non designatur lavacro regenerationis corpus ablucere. Et Epist. 14.
Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum non habet remissam, sed
est reu aterni peccati.

62. Ex dictis colligitur Catechumenos non tantum non admissos
fuisse ad Cœnam, sed etiam ab auctoritate & actu administrationis cœnæ
exulasse. Inde enim commune Proverbium: ἀνέρας πέδο τῶν μυεν-
τίων. Hinc Levita altâ Voce clamabat: Omnes Catechumi foras dis-
cedite, omnes energumeni, omnes non initiati. Cum Marcionitæ in
hoc non essent satis circumspicti, malè audiverunt apud Epiphanius ad-
versus eos. Apud illos plena sunt omnia irrisioñis & nihil aliud: quan-
do etiam Mysteria præsentibus Catechumenis audent celebrare.

63. Neq; vel loqui coram Catechumenis de Sacramentis Ec-
clesiaz permittebat. Quo referendæ familiarissimæ Chrysostomi lo-
cutiones iouorū òi μεμυηεοι in Matth. Homil. 72. O in Genes. cap. 49.
Ιουοι οι πιγοι in Psalm. οι μυστει, Isidori Pelusiota lib. 4. Epist. 162. οι
μυστει chrys. Homil. 15. in Joban οι μυστειωγεμεοι Homil. 85. Dio-
nysius initio Hierarch: Vide ne enuncies aut parum reverenter habeas san-
cta sanctorum. Chrysost. ad Corinth. Homil. 40. cupio quidem perspicue
rem dicere, sed propriè non initiatos non audeo. Hi Interpretatio nem no-
bis reddunt difficultorem, dum nos cogunt aut perspicue non dicere, aut ar-
tana que taceri debent apud ipsos efferre. Cyrillus in 6. Catechesi de
Mysterijs, præsentes si sint Catechumeni clare non loquimur, sed sepe mut-
ta dicimus teste, ut qui norunt fideles intelligant.

64. Mirari autem quis posset, quibus causis adducti Veteres hanec
Sacramentorum doctrinam celarint, & cur hodiè non idem fiat ab Ec-
clesiarum Præpositis.

65. Quatuor Causas invenio: Primo quod Catechumeni sublimi-
tatis mysterij Cœnæ omnium minimè capaces crederentur, quam assi-
gnat Cyrilus in Procatches. vocatq; η ψωλει τῶν διδασκομένων h.c.
sublimitatem eorum, quæ docentur. Et ideo etiam post Concilium
Nicenum

Nicenum per aliquod tempus abstinuerunt vocibus Trinitatis, ~~equag-~~
~~eis~~ &c. Imò in tradendo ipso Mysterio Trinitatis probè fuere cir-
 cumspecti, ut licet rem ipsam ex divinis Oraculis optime intelligerent
 & eruditissimè contra adversarios defenderent, auditorum tamen suo-
 rum rationem semper habendam putabant.

66. Secundò quo minus Catechumeni ob externam speciem ad-
 modum humilem de tam venerandis mysteriis conciperent opiniones
 erroneas, quales sapientia carnis suggerit, ad idipsum in contemptum
 adducendum admodum accommodatas. Eo enim malo naturæ du-
 stu solemus esse ingenio, ut quæ non intelligimus, contemnamus &
 sèpè rideamus. *Cyrillus* loco citato: *Quoties ejusmodi Mysteria Cate-
 chumenus audit à fidei, evenit ut Catechumenus ad insaniam redigatur* [Veritati quam non cupit se opponendo, illamq; oppugnando & con-
 temnendo] *Nescit enim quid audiverit, itaq; rem adèò arguit* & *quod*
ipsi dicitur nasci suspendit adunc.

67. Tertiò quo desiderio horum Mysteriorum inflammati Cate-
 chumeni ardenter Sacraenta appeterent, & cum devotione animo-
 rum majore illis uterentur. *Unde August. tract. in Joh. 86. Et si Sacra-
 menta fidelium non produntur; non idè fit, quod ea ferre non possunt, sed*
*ut ab eis tanto ardenter concupiscantur, quanto honorabilius occul-
 tantur.*

68. Ultimò quo debitam Majestatis opinionem his Mysteriis
 conciliarent. *De Gentium Mysteriis* scribit *Tertullianus* *adversus Valentianos*: *diutius initiant quam consignant, cum epoptas ante quinquen-
 nium instituant, ut opinionem suspedio cognitionis edificant: atq; ita
 tantam exhibere videantur, quam præstrukturunt cupiditatem* Ne
 ergò apud Imperitos mysteria & consequenter doctrina ipsa vilescerent,
 Catechumenos ab iis arcuerunt illorumq; doctrinam oecultarunt. *Cum
 rei pedibus hominum exposita* & *que statim sine ulla difficultate capi-
 queat, præstò sit contemptus*; ut ait *Basilius de Spiritu Sancto* c. 27.

69. Quæ rationes tamen tanti momenti non suat ut & ho-
 diè doctrinam Sacramentorum ex nostra Catechesi eliminent. Diver-
 sa enim temporum conditio, diversa etiam consilia suppeditavit. Ple-
 riq; enim Catechumenorum in primitiva Ecclesia erant ex gentilismo
 & Judaismo oriundi, quibus sine prævia doctrinæ fidei cognitione ba-
 ptismus conferriri non poterat, quem hodie in ipso quasi vitæ limine &

primo ingressa Infantes Christianorum, vel qui in ipsis sunt postea recipiunt. Ab ipsis ergo iacunabulis cum aliis doctrinae Catechetice partibus doctrina Sacramentorum proponitur, ut baptizati sciant, quæ consolatio per universam vitam ex aquæ lavacro exurgat, & in ipsa pueritia discant, in quo consistat Coenæ Mysterium, & quinam sint qui dignè eo utantur, ut eō facilius hoc salutari epulo refici queant. Admittuntur præterea ad sacras actiones & eum adultis communis spectaculo dispensationis coenæ perfruuntur, ut paulatim ad pietatem hujus actionis alluvescant, ut docet August. lib. 3. de Trinit. cap. 10.

70. In ipsa Coenæ administratione antiquitus oblatio etiam in usu fuit de qua supra ex Justino quedam adduximus, à qua tameū præter poenitentes & Energumenos etiam Catechumeni exclusi fuere. In Bracarensi enim I Synodo Canone 35. ita habetur: *Placuit ut Catechumenis sine Baptismi defunctiis simili modo non oblationis commemorationis neq[ue] psallendi impendatur officium, nam & hoc per ignorantiam usurpatum est.*

71. In publicis congressibus deniq[ue] per manuum Impositionem Ministri Verbi initabantur, ad quam Ceremoniam itidem Catechumeni non admissi sunt annotante Synodo Laodicensi Can. 4. Non licet manus impositionem super ordinandos presentibus Catechumenis fieri, & Chrysost. in 2 Cor. hom. 18. Qui in sacrum ordinem cooptatur est aliquem, fidelium preces (πελεσινοὶ ἐπικλητεῖς) videtur vocare Dionys. sub finem Hierarchie Ecclesiastice exigit illo tempore: atq[ue] illi assensu suo quæ geruntur comprobant & acclamant illa quæ nota habent initia: Nam apud eos qui iniciati non sunt, omnia retegere fas non est.

72. Publicæ informationi Catechumenos interfuisse evici, simulq[ue] ea quæ in lectione bonorum Authorum observavi, adjeci, per quæ tamen nihil detractum volo illorum sententiarum, qui præter publicam institutionem etiam peculiariter Catechumenorum rationem habitam asserunt. Eò enim Scholæ Catecheticae respexerunt antiquitus, de quibus supra dixi. & credo etiam in publicis interdum peculiariter cum Catechumanis fuisse actum, quod innuere videntur homiliae ille Patrum in Catechumenorum gratiam habita. Imò repetitio fuit instituta, quemadmodum vel ex unico Chrysostomo in Homilia 61. ad populum Antiochenum constare potest.

73. Et

73. Et hac potissima est pars Officii Ecclesiastici, ut bonum Pastorem & Episcopum illum judicem, qui bonus Catecheta fuerit & hanc partem doctrinæ feliciter absolverit. Quo collimat B. Lutheri Catechesos germanica præfatio & Apologia Augustana Confessionis.

74. Summa etiam cura hic laber in primitivâ Ecclesiâ à Catechetis non tantum exaltatus, sed etiam à summis Episcopis suscepitus fuit ut propterea etiam potissimum Visitatio in Concilio Tarragonense can. 8. ac Toletano Canon. 3. Ecclesiarum Episcopis à sanctis Concilijs fuerit iniuncta, ne hoc doctrinæ genus negligeretur, quod etiam ad Gregorij Magni tempora & paulò amplius egregie fuit observatum.

75. Justo autem DEI iudicio factum, ut ijs temporibus quibus Antichristus Spiritualium tenebratum omnisq; ~~atque~~ egregius cultor & propugnator ferè palam magis magisq; prodebat, paulatim & hoc sacratissimum & summè necessarium studium paulatim in desuetudinem iret, pedentimq; negligeretur; ut post octavum seculum vel parum vel nihil de Catechizandi munere ulterius extet, ut idē etiam per DEI gratiam B. Lutherus excitatus sit, cuius cū ipsa reformatione cura summa fuit Catechesin à tineis quasi & blattis vindicare, postlimi- nijure velut Ecclesiæ restituere, & ad pristinum eumq; illustrem nitorem Ecclesiam revocare, ut Auditores veteri more quæstiones & respon- siones adpietatem & Christianam Vitam cognitū necessarias disce- rent, qua de Causa etiam Visitationis ritus, qui commissariis, ex- actionibus &c. sub Antichristo impendebatur, Ecclesiæ & Scholis re-stitutus & anno post Christum natum 1527. introducitus fuit.

76. Testem hujus rei do Apologiam Augustana Confessionis Articu- lo 16. Apud Adversarios nulla proffus est xacti Christi puerorum de qua quidem præcipiunt Canones. Apud nos vero coguntur Pastores & ministri Ecclesiarum publicè instituere, & audire pueritiam. Et hac Ceremonia op- timos fructus parit.

77. Non sine insigni Ecclesiarum fructu revocatus fuit Catechismus, cuius ipse Spiritus DEI in Ecclesia rationem habendam sapientissi- mè judicavit. Prudentia enim singulari opus est in exædificando Chri- sti corpore & templo quod est Ecclesia. Quemadmodum enim eibus solidus perfectioribus convenit; ita lac rudiōribus & infirmioribus præbendum est, ut monet Paulus in 1. ad Corinth. 3. v. 2.

78. Per Lac Apostolus intelligit popularem (quem humilem,

Chrysost. vocat) &c ad rudes accommodatum facilemque; capita doctrinæ Christianæ, fidei & pietatis proponendi modum. Per cibum autem solidum subtiliorem & exquisitiorum res sacras tractandi Methodum, vel difficiliorum quæstionum & rerum doctrinam. Utrobiisque idem est DEI verbum, idem Christus, idem Spiritus, sed modus tractandi (*περὶ τοῦ επιστήμης τοῦ Μέθοδου* Philosophi vocant) & proponendi est diversus, quippe eosdem fidei Articulos credi oportet ab idiota & homine erudito, sed apud hunc eos explicare & confirmare potes modis & argumentis, quæ non assicuratur idiota. Inde Augustinus tratt. 98. in Joh. doctrina fidei eadem perfectis & imperfectis eruditis & rudioribus proponenda; sed diverso modo. Idem Eucherius. ad Laurent. Ex illa fidei confessione quæ breviter Symbolo continetur cogitata & carnaliter (perfunditorie) lac est puerorum: Spiritualiter autem tractata & considerata, cibus est fortium. Nascitur spes bona fidelium, quam sancta charitas comittatur. Sic Christum passum pro peccatis Catecheticum est, sed Christum pontificem esse dignioris ordinis, in sanctimonium intrasse, ut æternam consummationem acquireret, Theologiaz accurationis Phrasis est & non nisi Exercitatorum & horum dianētū ἔχει τὰ μαθητεῖα γνωματομένα ἔχοντων πάντας διαιρέσιν καλύς τε καὶ κακός. Heb. s. v. 14. Videatur Clemens Alexandrinus in ll. Pædag. qui diffusus est & egregius in hoc loco i. Cor. 3. explicando.

79. Subtiles ergo Quæstiones neque; ad salutem neque; ad vitam piam facientes hac voce excluduntur. Hilarius sub fin. de Trinitate: Non per difficiles nos DEUS ad beatam vitam quæstiones vocat, nec multiplicè eloquentiæ facundie genere sollicitat. In absoluto ac facile nobis est aternitas, Iesum suscitatum à mortuis per DEUM credere & ipsum esse Dominum confiteri. Naz. orat. 26. Nihil fide nostrâ iniquius singi posset, si in ergodos tantum dicendis facultate ac Logicis demonstrationibus excellentes caderet, populari autem multitudine ut auro & argento, aliisque rebus que hic in pretio habentur & à plerisque avidissime expetuntur, sis haec quoque frustraresur. Idem Deo suntio gratia quod ut extimia largitur, ut aper communia salutem hominum operari nvvit.

80. Hæc quæ lac exhibet doctrina Paulo Heb. s. 13 τὰ συγκέντια τῆς δεκῆς τῶν λογίων τῆς θεοῦ διδάσκει dicitur, quæ non incommoda est Catecheseos descriptio. Elementa Principij Phrasij Hebraicis usitata

329

tisitata dicuntur Initialia, exordialia [liceat sic loqui] quæ λέγονται ad Heb. c. 6. v. 1. vocantur eandem ob rationem, ad quem locum egregiam observationem habet Heinsius ex Macario in Exercit. fol. 563. Ut enim in Artibus & scientiis ab Elementis fit initium quæ fundamenta solent esse reliquorum. Ita & Doctrina Christiana habet sua Elementa, à quibus institutio inchoanda, quæ si quis minus feliciter & fideliter jecerit, quicquid super struxerit corrueat, ut olim de Elementis latinæ linguae dicebat Fabius. Non malè ideo Tertul. de Idololatria rudimentum, Tyrocinium autem vocavit in libro de penitentia c. 6.

81. Sunt autem Elementa prima Catechetica SERMONUM DEI. Ex Verbo enim DEI Catechesis extruenda unicè. Hoc enim Verbum utile est πρός παιδίαν 2. Tim 3,16. Est Verbum peccati Act. 10,43. fidei ad Rom. 10,9 in quo & per quod Sacraenta consistunt Ephe. 2,23. 1 Cor. 11. ut quicquid extra hoc Verbum fuerit, Catecheticum minus fuerit. Inde Basilius, in libello de fide: Φειδόμενοι ὄντωσταν καὶ γηπέτων ἐφῆς κείγοντες, ἀλέξεσθν τὸν ἐμφέρεται τὴν Ἰεράνην. I. e parcentes uti nominibus ibi & ipsis distinctionibus, quæ non extant in divinâ Scripturâ. Eò respicit Cyrilus etiam Catech. 4. Divinorum sanctissimorumq; fidei mysteriorum, nihil ne minimum quidem absq; divinâ scripturâ tradi debet, neq; simplici probabilitate, neq; Verborum ornata tradere. Ne mihi quidem tibi proferenti, simpliciter fidem adhibeas, nisi de divinis scripturis eorum quæ dicam de monstrationem accipias. Ita autem ex solo scripto Verbo instituti Catechumeni ut maximopere semper illis Scriptura fuerit commendata. Hæc enim habet August. de Catechiz. rudibus c. 9 Maximè autem isti [Catechumeni] docendæ sunt Scripturas audire divinas, ne sordeat eis solidum eloquium quia non est inflatum: neq; arbitrentur carnalibus integumentū involuta atq; operadista vel facta hominum, quæ in illis libris leguntur, non evolvenda atq; operienda ut intelligantur, sed sic accipienda, ut litera sonant.

82. Duo Augustinus in Catechesi observat: Unum ne extra Verbum Catecheta sapiat. Alterum ne Verba torqueat, sed ut sic accipiat & interpretetur, ut Verba sonant. Quæ si semper observata in Ecclesia fuissent, non haberemus de quo hodie conqueremur, imò si & hodie observarentur, facile pax Ecclesiaz restituī posset, & ad concordiam incundam via monstraretur regia imò divina.

83. Sunz

83. Sunt inter Orientalis Ecclesiaz Doctores, & in Occidentalibz
inter Papistas, Calvinianos & Augustanæ confessioni addictos plures
controversiae, quarum numerus maximè minuetur, si non penitus tol-
letur, si causa ceciderit, qui non Catecheticas propugnaverit, illisq;
pacem impedire voluerit, id est, in Verbo DEI immediate funda-
tas, & eo sensu quem verba afferunt. Verum proh dolor multæ
inter Christianos hodiè Disputationes sunt de terminis artis vel sal-
tem iis involvuntur, quos tamen ut Catechesis respuit, ita apud il-
los, quibus pax Ecclesiaz sancta, non tantum efficiunt, ut ideo de pace
desperent. Tollantur difficiles & maximam partem ambigui ter-
mini, & retineatnr id quod in quæstione controversa est Catecheticum,
pro eo tanquam necessario, eoq; unico stent, pugnant Christiani, neq;
ob id, quod ad fidem neq; facit neq; ullo modo proximum juvat, Cha-
ritas Christiana impediatur. Eruditissimè ut solet hac de materia lo-
quitur Doctissimus Calixtus in responsione ad Moguntinos pag. 94. qui
videri potest.

84. Plures proh dolor controversiae, quæ tantu abest, ut in Verbo
DEI fundentur immediate, ut neq; per in infinitum multiplicatas con-
sequentias ex illo deduci queant, quæ si resecabuntur, & per Catecheti-
cas tollentur, parum supererit ob quod Christiani invicem dissentient
neq; nos qui confessionem Catecheticam edidimus, hærelos accusa-
bunt Pontificij, neq; nos deserent Reformati. Pontificis Romani
infallibilitas quod sit caput Ecclesiaz & Reipublicaz, quod possit novos
Articulos fidei condere &c. persuadeatur illis, qui nesciunt, quid Cate-
chesis requirat.

85. Omnia autem dubia in dissidio Religionis clara erunt, si ut
litera sonat Verba Catechetica sumserimus, per quod caput ex Photi-
manis Christiani, ex Papistis Catholicis, ex Calvinianis Lutheranis, o-
mnis frates & unus in Christo sient. Absit enim ut qui in Catechesi
conveniunt, hoc est doctrina quæ indubitate salutem æternam mon-
strat, & quam si sequimur virtute æternæ participes reddimur, hæretici
(sensu Scripturæ) existimandi sint, cum hæresis directè salutem exclu-
dat & à Christo dividat.

86. Λόγον της δέκατης χειρός ad Hebr. 6. v. 1. Paulus vocat
non tantum, quia Verbum DEI, quo Catechumeni instituuntur, est
etiam Verbum Christi, Joh. 14. v. 1. Col. 3. v. 16. sed quod sermo Cateche-
ticus,

ticus, & de Christo sit & ad Christum intelligendum faciat, quo scilicet perveniat in unitatem fidei & agnitionis filii DEI, in virum adulterum ad mensuram plenam statuarum Christi ad Ephes. 4. v. 13. in primis autem ducat, ut Christi participes fiant. Hebr. 3. v. 14.

87. Non prætereundum hoc loco, cur Doctrina Catechetica. Θεματικον vocetur in Epistola ad Hebreos cap. 6. v. 1. διδαχὴ τὸν τῆς δέχησαν ἀρχὴν ἐπὶ τὸν τελεόπιτταν Φερώμεθα μηδὲ πάλιν θεμέλιον κατεβαλλόμενοι &c.

88. Duas hic reperio sententias. Prior fundamentum resipiscientiae more Hebreorum ponit, pro resipiscientia quæ est fundamentum & Principium Christianismi, quam textus respuit; Altera vero, & ad penitentiam & reliqua refert, ut Apostolus Metaphoram ab ædificantibus ducat, qui non semper in fundamento commorantur (nec enim ob id fundamentum ædificij ponitur, ut in eo finis laborum ponatur) sed ad reliquias ædificij partes se conferunt. Sic Christianis Auditorebus non propterea prima religionis Christianæ fundamenta proponuntur ut in his acquiescant, sed mature ad altiora se conferant.

89. Catechesis ergo fundamentalia continet, quibus salvis & salutem sperare possumus & quibus negatis vel subversis ipse Christianismus & consequenter salus alterna destruitur.

90. Disputantur quidem multa inter Eruditos, quorum multa sine detimento salutis, plurima vero cum utilitate ignorari possunt. At non Catechistica. Ab his si recesseris à Vita Christiana recedis & de salute periclitaberis: Hæc si salva fueriat, nec reliqua tanti debent esse momenti, ut vel pax impediatur, vel dilectio proximo denegetur.

91. Catechesis ergo ut pote unicè verbo divino constans, Regula & Norma erit ad Controversias in Ecclesia exortas sopiaendas, ut si paxnulla in Ecclesia speranda, secundum tenorem Catecheses Apostolorum & Veteris Ecclesiæ ineunda erit. Fundamentalia à non fundamentalibus quæ alijs annata sunt, probè distinguantur, neq; posteriora ut pote quæ à Christo non dividunt, dividant & scindant Ecclesiam. Fundamentalia autem illa habeantur, quæ Catechesis Apostolorum & Veteris Ecclesiæ habuit, & pauca supererunt, quæ pacem impudent.

92. Auditores Catecheses Apostolo νήπιοι καὶ ἄποικοι, Patribus autem Catechumeni dicuntur. Est autem νήπιος infans, non quasi

D

infan-

infantiam tantum hæc doctrina poscat, sed quod Catechumeni infor-
mandi in cognitione Christi virilem & perfectam ætatem nondum al-
secuti sint Eph. 4. v. 15. Quamvis autem tantæ facilitatis ac perspicuita-
tis sit, ut à teneris illam Juventutem docere queamus, imò multum re-
ferat à primis annis proponere & balbutientibus instillare quemad-
modum & Timotheum Paulus διδόμεθε φρεσκούς 2. Tim. 3. 15. docuerat, qui-
bus causis Kinderlehre (quod nomen miror cur non placeat Pfächerer)
à Luthero dicta; non tamen inde existimandum est quasi ad pueros
tantùm hæc doctrina pertineat, sed quæ ratio est in reliquis disciplinis
Elementorum, ut tyronibus proponantur & ab illis fideliter tracten-
tur, nunquam tamen à Veteranis negligantur, sed tanquam prima ar-
tium & scientiarum principia magni æstimentur; Ita & hic obtinet.

93. Απειροὶ λόγοι δικαιοσύνης Heb. 5. v. 12. sunt Paulo; Expertes
sermonis Justitiae, Vulgato Inter preti. Atqui ad quos scribebat Aposto-
lus in sermone Veritatis erant enutriti ut ex seqq. patet, lactisq; ratio-
nalis participes, quos expertes si communio rem (scimus enim quid
Horatio sit expers armorum) vocis significationem retinueris, non dixe-
ris, nisi per sermonem justitiae cum Hemmingio & Bullingerio b. l. plena m
instructionem Christianismi, quæ justè requiritur à Christianis intellexe-
ris, sed sine exemplo & ratione. Nam quod Bullingerus sermonem ju-
stitiae quam justam & absolutam rerum divinarum cognitionem dictam
putet non aliter ac latinè dicamus; justam rei aut hominis magnitudi-
nem eam, cui nihil deest, ut justitiae sermo positus sit pro justo seu accu-
rato sermone, nihil est. Neq; enim latinè ita loquimur, neq; Græce,
quod tamen hoc loco ex probato autore demonstrandum erat. Melius
ergo Beza, rudes, optimè autem omnium, non exercitatos reddunt, quod
Vox ipsa & versus ultimi Oppositio & scopus exigit.

94. His nimirum opponuntur v. 14. Capitū 5. τέλειοι καὶ δίκαιοι τὴν
τέλειον τὰ ἀιδητῆρα γεγονυμασμένα ἔχοντες πέρι διάκεισιν καλύπτε
καὶ κακός.

95. Perfecti non intelliguntur perfectione Vitæ & operum, quæ
in peccatores iu hac vita non cadit, cum etiam justitia nostræ sint pan-
nus menstruatæ Esa. 64. 10. & licet omnia fecerimus, tamen servi inuti-
les sumus Luc. 17. v. 10 sed perfectione cognitionis, qualis tamen in ho-
mines renatos cadere potest, ut hic Metaphora defumpta videatur ab.

ijj,

ijs, qui in re gymnaſtico & agonistica ſub Pædotribis ſatis eſſent exercitati, de quibus optima ſpes eſſet non defatigatum iri in curſu, πέλεοι vocati ſunt, quomodo quidem in Epifta ad philippenses 3. v. 15. & 1. Cor. 14. v. 29. Paulus hac voce utitur.

96. Dehis perfectis dicit, quod habeant αἰσθητήρα γενουμασ-
μένα Valg. Sensus exercitatos. αἰσθητήρα alias ſunt ipsa Organa, quæ
hoc loco pro iplis ſenſibus, & hi rurſus non pro illis qui ad animam ſen-
tientem, pertinent, ſed pro ipſo ſenſu vel experientia ſpirituali, quemad
modum Philip. 1. v. 9. Paulus optat Philippiſibus, ut abundent incog-
nitione & omni ſenſu, non ſenſitivæ animæ ſed Intellectus. Media ſcili-
cet oſtendit Apoſtoliſ, quibus charitas augeri potest. Quo enim quis
majorem rerum diuinarum cognitionē conſequitur, & in ſe fortius ex-
peritur gratiam, eo etiam majore in Deum ac hontines amore fertur.

97. Dubium autem videtur, quomodo diſcretionem boni & ma-
li, quam in ultimis Verbiſ Apoſtoliſ adjecta ad doctrinam hīc accom-
modet, quæ tamen verum & falſum & non bonum & malum, quod vi-
ta eſt, conſideret. Verum aliud eſt ipsa diſcretio boni & mali, aliud i-
pla ἔξις πρὸς δίκαιοιν καλῶπε καὶ κακό, quam ἔξιν hoc loco tan-
tum Apoſtoliſ deſiderat, ut mirer, cur obhanc rationem non nemo non
existimet hic agi de dogmatibus, ſed de vita & operibus potius. Habi-
tus per doctrinam non tamen ſine Spiritu S. gratia acquiſitus (aliud
Verbum vix occurrit) vel à doctrina ortus, diſcernit quod bonum quod
malum in vita. Quemadmodum enim, qui habitum alicuius rei ha-
bent facile & recte agunt quæ artis ſunt propria, facile item opus re-
ctum quod habitui convenit à non recto diiudicant. Ita qui habitum
ſermonis iuſtitiae contraxerunt habent ſenſus ad diſcernendum bonum
& malum hoc eſt veras & falſas doctrinas, bona & mala opera. Imò
κακὸν hoc loco explicandum eſt ut opponatur καλῶ, quod non ſemper
bonum ſed pulchrum ſignificat.

98. Optimè Chryſtoſtomus in hunc locum Homil. 8 in Cap. 5. fol. 106.
Non habebant illi ſenſus exercitatos, neq; ſtiebant bonum & malum. Nunc
non eſt ei ſermo de Vita, cum dicit ad diſcretionem boni & mali, hoc enim
omni homini ſcire incumbit ea facere: ſed de dogmatibus ſanis atq; ex-
celſis & corruptis atq; ſimilibus. Parvulus, neſcit probum probabilię q; ci-
bum diſcernere. Sepe enim & cinerem in os ſuum mittit & noxiū iuſci-
pit,

pit, & omnia indiscretè facit, sed non est hoc perfectorum. tales enim sunt, qui omnibus simpliciter intendunt, & in differenter auditus suos tradunt, quod mihi videtur, etiam in istis culpare veluti qui simpliciter jactabantur, & nunc quidem istis nunc illis se præbentes, quod & circa finem Epistolæ significavit, dicens: doctrinæ varijs & novis non transferamini, b. e. ad discretionem boni & mali. Palatum enim sapores discernit ciborum, ratio vero probat sermones.

99. Catechumenos vocavit pia antiquitas, quæ generalis interdum Vox est, & omnes gradus non baptizatorum in Ecclesia tamen informatorum includit, nisi ad solos audientes vocem velles restringere quo sensu sumo illud Isidori Hispanensis l. 7. Orig. c. ult f. 1018. Catechumenus dictus est pro eo qui adhuc doctrinam fidei audit, nec tunc tamen Baptismum percepit. Nam κατηχεύεται. Græcè auditor dicitur. Et Tertulliano de Corona. 2. lib. 1. Omnes ita observant à Catechumenis usq; ad Confessores & martyres vel negatores. Et in Concil. Constant. can. 2. quod etiam reperitur in Concilio Const. VI canon. 95. Quicunq; ex bù rectæ fidei adscribi volunt, ut Græcos admittimus; & primo quidem die ipsos Christianos facimus; secundo Catechumenos deinde tertio excitamus sive adjuramus ipsos, ter simul in faciem eorum & nares insufflando & si eos catechizamus accuramus, ut longo tempore versentur in Ecclesiis.

100. Specialiter tamen sapè audientibus [non eamē iū qui in classe pœnitentium sic fuere dicti apud Gregorium Thaumaturgum ad finem Epist. de iū, qui in barbarorum incursione idololatria comederunt in Bibl. Patrum] opponuntur, quo nomine itidem Catecheseos Studioisi dicti. Tertull. lib. de pœnit. Nemo sibi adulteratur, quia inter auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere licet. Et post: An alius est instinctu Christus, alius audientibus? Eadem, audientes optare intinctionem non presumere oportet. Cyp. Epist. 13. Audientibus etiam si qui fuerint periculo prayenti & in exitu constituti, vigilancia restringe debet. Et alibi Epist. 24. Optatum inter lectors (catechetas) doctorem audiensem constitutum

101. Novitioli dicti Tertulliano l. de pœnitentia c. 6. Quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam & perpetuam continentiam jugerere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, ut omnū salutis in promerendo DEO petidores, sed præcipue novitioli immixtus, qui cum maximè incipiunt divinis sermonibus aures rigare, quicq;

quiq; catuli infantia adhuc recentis, nec perfectus luminibus incerta re-
prant: & dicunt quidem prius non renunciare & paenitentiam assumunt.

102. Piè constitutio fuit, ut priusquam adulsi ad sacram lava-
crum adducerentur, in doctrina informatentur. Ita enim Basilus
serm. i. de Baptismo, Scientium est, quod primum docere ac instruere oportet,
atq; ita demum praeclarissimo Baptismate rite instruunt dignari. Et
post: ante Baptismum instruatio praemissa est & primum, quæ doctrinam
& disciplinam impedit, removenda. Et August. lib. 8. Confess.
ubi imbutus est primis instructionum, non mullo post etiam nomen dedit,
& per Baptismum regeneratur. Rabanus Maurus lib. 1. de Inst. Clerico-
rum c. 35. ax eo quod Matth. 28. Apostolis traditum sit, ut omnes gen-
tes docerent & baptizarent & Matc. 16. Item quod Christus baptismati
praeposuerit fidem Catchesos ex eo quod Job 9. Coeci natu oculos
ex sputo facto super hiniverit, & post ad Siloë misericordie colligit Bapti-
zandos prius fide Incarnationis Christi instituendos, & sic ad baptis-
mum jam credulos admittendos, quod suo tamen loco telinquo. An
Christus enim apud Johannem hoc hac ceremonia indigitari, probari
non potest. Neq; Matthæus & Marcus de Baptismo idem quod vult
Rabanus asserunt.

103. Melius praxis Johannis & Apostolorum urgetur, à quâ Ec-
clesiae Præpositi recedere noluerunt. Prius enim in paenitentia infor-
massæ, expresè Matth. 3 v. 2 dicitur & non male Isidorus lib. 2. de Orig.
Offic. cap. 2. ait: Puto omnes à Johanne baptizatos in paenitentia Cate-
chumenorum prætulisse figuram. Petrus etiam in die Pentecostes post di-
ligentem informationem qua fidei summam explicat paenitentiam q; in-
culcat, baptizat à vers. 14 ad 37. Neq; Philippus alia viam ag-
gressus fuit. Evangelium de Christo præmittebat, ut Eunuchus con-
verteretur v. 31. Act. 12. cap. 8. & licet ederet, non contemnenda fidei
signa baptismum q; ipse efflagitaret, non tamen nisi certus de fide ba-
ptizandum duxit Apostolus, versu enim 33. ait Philippus: Si credis es
in corde, licet; Respondeus autem ille dixit. Credo JESUM CHRISTUM
esse filium DEI. Videatur Historia Petri Centurionem Catechizantis &
baptizantis Act. 8. 10. à vers. 36. ad 48.

104. Apostolos ergo secuti Patres fuerunt, in doctrina fideliter
prius informanda, Philippum vero infide à Catechumenis exigenda.
Symbolum enim edere postea semper ante baptismum debuerunt, qui

postquam nomina dederunt, Competentes dicti fuere Augst. l. de fide & operibus c. 6. An uq^z, adēd disimulamus a senibus nostris ut vel eos ipsos non recordemur quam fuerimus attenti atq^z solliciti quod nobis prae- ciperent a quibus Catechezabantur, cum fonte illius sacramenta pete- remus atq^z ob hoc competentes etiam vocaremur. Idem Augst. l. c. In Ecclesia salubriter constitutum est, ut ad nomen Christi accedentes Cate- chumenorum nomen accipiant: hoc sit multo diligenter & instantius his diebus, quibus Competentes vocantur, cum ad percipiendum Baptūmum sua nomina dederunt.

105. Adducti autem a fidei aliquo Christiano, petierunt per il- lum recipi. Ita enim Dionysius lib. de Heriar Eccles. c. de Baptūmo. Qui autem horum, que verē ecclēsia sunt particeps fieri cupit, cum aliquem eo- rum, qui initiati sunt adit, suadet ille quidem, ut se ad sacerdotem ducat. Illum autem horror quidem repente, reig^z difficultas deterret, ad extremum tamen quod petivit, benignè se facturum esse promittit, acceptumq^z eum du- cit ad sacerdotem. Hic verē latus manum ejus capiti admovet, signoq^z edi- to sacerdotibus imperat, ut viri atq^z sponsoris nomina perscribant. Et post ad Virum (Episcopū) qui adegit venit, eumq^z interroget, cur venerit. Ille postquam pro suo in DELM amore ex ijs, qua ab eo qui illum accepit, tradē- ta sunt, DEI privationem, ignorationemq^z veri boni atq^z actionis divina vi- te vacuitatem accusarit, petiitq^z eo quasi sequestre, DEO, & ijs, qua ad DELM pertinent potiatur; tum ei exponit rationem perfectam, qua ad DELM accedendum est, explanataq^z ei divina vita & ut ita dicam conver- satione ex eo præterea querit, num ita instituat vivere; cum promisit, ma- num ejus capiti admovet.

106. Ex quo loco colligo, Ductorem pro Sponsore etiam habi- tum in adultis, qui ductor de Vita testari Candidati etiam debebat. Ita enim Autor Constitut Clementin, lib. 8 c. 38. Ii qui adduxerunt, testificen- tur singula diligenter exponentes, ex quirantur autem eorum mores & Vita. De parvulis enim Infantibus loca Justini quest. 56. ad Orthod: di- gni autem sunt baptūm commodū fide eorum, qui illos ad Baptūmum offe- runt, & Augustini Epist 23. intelligo: ut autem possit regenerari per Offi- cium Voluntatis aliena cum offertur consecrandus, facit hoc unus Spir-itus, ex quo regeneratur oblatus. Addit enim Augustinus ibi parvulos non mentis suæ assensione credere, sed parentum vel Christianæ socie- tatis fide muniri,

107. No.

107. Nomina ergo dederunt, quod testantur etiam Patres (que in Epist. 3. Clementi i. habentur & Vita Alexandri Papae non addat) in Concilio Carthag. IV. cap. 85. Baptizandi nomen suum dant, ac diu sub astinentia vita & carnium ac manus impositione crebra examinati, baptum percipient Cyril. Catech. 3 mystag. Absit ut aliquis ex his, qui nomina dederunt & in album relati sunt, audiat: Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem. Addantur Ambros. lib. 2 de Sacramentis c. 2. August. lib. de Cura pro mortuis gerenda & lib. de fide & Operibus.

108. Quæ nomina inscripta, illisq; jam jam baptizandi vocati fuerint. Supra enim ex Dionysio produxi quod jusserit nominum scriptiōnem, qui idem addit, quod sacerdos nomen citaverit, Greg. Nyssenus adversus eos qui differunt Baptisma: Venite, ne ērem neglige. Date mibi nomina, ut ea imprimam libris sensibilius & scribam atramento.

109. Renunciatio secuta fuit de qua, videantur præter Dionys. Clemens Alexandrinus, Tertull. Orig. Chrysost. Cyrilus, Gregor. Magnus, Augustinus.

110. Hæc omnia juris tantum suæ Ecclesiastici ut Basilij fatetur lib. de Spir. Sancto cap. 27. fidei autem professio, quæ à Competentibus efflagitabatur, ut supra dixi, etiam in Scripturis annotata est, quæ tamen non nisi variis ceremoniis edita fuit, quas breviter recensebo.

III. Primo post renunciationem fuit facta hæc professio ut præter Constitutiones Clementinas Cyrus Alexandrin. lib. 7. contra Iulian. ait. ubi deposuerimus tenebras à mente nostra & dæmoniorum turbis valedixerimus, omnemq; ipsorum pompam & cultum prudenter respuerimus confitemur &c. Savianus lib. 6. de Providentia, Abrenuncio enim, inquit, Diabolo, pompis, spectaculis & operibus ejus, Et quid postea Credo in quin in Deum Patrem &c.

112. Profirebantur autem fidem coram testibus pluribus, si Ephrem fides habenda lib. de pœnitenti cap. 7. & quidem in loco eminentiore ut Augustinus lib. 8. Conf. de Vitor. non refert verbis certis conceptis, recitatisq; memoriter in Conspectu populi.

113. Uti enim in abjuratione ad Occidentem, ita in Confessione ad Orientem ab alijs convertebantur apud Nazianzen Orat. 40. in sanctis baptis & Hier. in Cap. 26 Amos coelo inspecto & manibus dextris in altum erexit Dionys. in Ecclesiastica Hierarchia: Ipsum ad Orientem trans-

erans fert, intuentemq; in cœlum & manus tendentem exponit gentem habet Nazianz. aduersus Julianum i) jubet Christo assentiri, omnibusq; sacris verbis quae a D E O tradita sunt, quod cum fecit, tum ei professio nem rursus ter explicat idemq; posteaquam ter rursus professus est, rursus ille, cum precatus est, benedicit, manusq; imponit.

114. Quæ professio ex aliquorum judicio jurejurando confirmata fuit, in quam sententiam adducunt Verba Cyriki in Mattb. venturi ad Baptismum prius consentitur, credere se in D E O filio & in passione ac resurrectione ejus & huic profecione Sacramento fides redditur.

115. Memoriter fidem quam profitebantur recitare debebant, ut August. lib. 1. Retract. cap. 17. Disputationem de fide & Symbolo in librum contuli, in quo de rebus ipisis ita differunt, ut tamen non fiat verborum illorum contextio, quæ tenenda memoriter competentibus traditur Vid. August. l. 8. Confess. supra thesi 112.

116. Fides Symbolo includebatur cui annexa erat Oratio Dominicana, in Concilio Constantinopolitano VI. Canon. 6. Constitutum est a sanctis Patribus ut nullus chrûmeretur neq; baptizetur &c. nisi Symbolum & Orationem Dominicam memoriter tenuerit, Concil. Tolet. III. can. 2. Symbolum præmissum fuit orationi Dominicæ.

117. Ut autem eò facilius addiscerent quidam dies fuere concessi in quibus explicabatur Symbolum [De se enim Ambrosius Epist. 53. ait. quod dimissu catechumenis Symbolum competentibus tradiderit Basilea.] quadraginta dies initio facto à feria quarta hebdomadæ quartæ quadragesimæ [juxta Amalarium Fortunatum, Hugonem Victorinum] tempore Hieronymi fuerunt constituti, quod testatur Epistola ab Ambrosio. Consuetudo apud nos ejusmodi est, ut iis, qui baptizandi sunt per 40. dies publicè tradamus sanctam & odorandam Trinitatem, quamvis non negem solenniore aliqua ratione Symbolum ex plicatum octavo die, qui præcessit Baptismum uti Patres Concilij Agathensis constituerunt Canone 13. Symbolum placuit ab omnibus Ecclesiæ una die, id est, ante octo dies Dominicæ Resurrectionis, publicè in Ecclesia competentibus prædicari.

118. Miror autem quosdam viros doctos hanc Informationem, competentium confundere cum institutione audientium. Ordinariè in hac enim plus temporis fuisse insumptum notius est, ut prolixâ demonstratione indiget.

119. Ut

119. Ut enim taceam, quod Catechetæ Baptismum scepè distinxerint, ut coacti fuerint Patres per Canones illam consuetudinem evelere; Concilij Constantinopolitani I. Canon. 7. clarior est quam ut illum quis eludere possit, quem supra adduximus. Cujus verba repertuntur in Canon. 9r. Constant. VI. Sic incitamus & dia in Ecclesia versari, Scripturæ audire facimus & tunc baptizamus.

120. Ferè ego adducor, ut credam in hoc non errasse Constitutionum Clementinarum autorem (quem interpolatum imo Clementem non esse ut facilis concedo, ita tamen in ritibus non semper negligendum judico) qui lib. 8. cap. 38. trium annorum meminit, cuius Verba sunt, qui Catechesi erudiendus est, per tres annos erudiatur.

121. Ex Concilio certè Niceno constat, breve tempus Catechumenis destinatum, fuisse in longius mutatum. Procul dubio ob diras persecutions, quæ ante Constantini tempora Ecclesiam Christi infestabant tempus fuit contractum [neq; male] ne in baptismi discrimen vocarentur, cum sub Constantino tamen longè alia ratio esset. Ita sanckerunt Canon. 2. Quoniam multa vel necessitate, vel urgentibus aliqui hominibus præter Canonem Ecclesiasticum facta sunt, homines, qui è vita gentili ad fidem nuper accesserunt, & exiguo tempore Catechumeni id est initiati fuere, statim ad lavacrum spirituale dedicant, visum est, ut nihil deinceps tale fiat. Nam & Catechumeno tempore opus est.

122. Longo ergo tempore ex tenore Constantinopolitani, & non exiguo tempore ex constitutione Niceni Concilij catechizandi erant, ut in Hispania duobus annis inter Catechumenos manere oporteret, ut statuit Canon. 42. Concilij Eliberini. Eos qui ad primam credulitatem fidem accedunt, si bona fuerint conversationes, intra biennium temporū placevit ad Baptismi gratiam admitti.

123. Ergo si Conversationis dubia fuisse, & forte ad perceptiōnem fidei tardiores, plus temporis ipsis fuisse insumendum, quemadmodum non negaverim ratione personarum, profectuum laudabiliorum, tempus fuisse contractum, quod Autor Clementinarum non negat, subjungit enim: Quod si virtute prædicta sit, & erga Scripturam studium ostendat recipiatur, quoniam non tempus sed animus (uti in Ambroso) estimatur.

124. Conversationem probè considerarunt, tempusq; longius
E p̄æ-

præfinitum fuit ut melius fundamenta adiscerent probarenturq;. Sœpius enim Ethnici illudebant Christianis, & baptismo percepto ad gentilismum redibant. Non mirum ergo quod & Arnobius non statim ad baptismum admissus fuerit. Cum enim ab Episcopo baptismum expeteret, eosq; videret sententiam differre quod vererentur (*apud Isidor. l. 7. c. 14. Etymol. Raban. l. 1. de insit. Cler. c. 26.*) ne vir secularis tumens eloquentia sacramento fidei illuderet, in argumentum fidei quam semper impugnaverat contra pristinam suam religionem egregium volumen adversus gentes scripsit.

125. Certè si *Baronio ad ann. 385.* in annalibus in hoc fides concedenda, *Augustinus* ipse duobus annis & aliquot mensibus Catechumenorum ordini fuit ascriptus ut ex hoc Exemplo non absurè 40. dierum tempus contractius sit, quam ut cum Veterum monumentis conveniat.

126. Si Catechumenus interea peccaret, protractum tempus. Ita in Niceno Concilio Canon 13. Placuit hoc sancto & magno Concilio de Catechumenis, qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes Verbum sint tantummodo, post hac verè orent cum Catechumenis. In Canone 73. in Concilio Eliberino, si Catechumenus delator fuerit in levi causa post quinquenniū tempora admittatur ad Baptismum.

127. Ubi tamen notandum est, nos hactenus in primis Catechumenorum non baptizatorum rationem habuisse, cum enim tempore nascentis Ecclesiae magnus esset adulorum, qui in doctrina informandi erant, numerus, de his etiam sapientissime loquuntur Autores, ut tamen illos non excludant, qui ex Christianis Parentibus orti, informationi Verbi tantum interfuerunt. & postea ad sacram Synaxin per manuum impositionem recepti fuerunt, de quibus infra agam.

128. Jam ad ipsam Catecheseos Materiam properandum est, quæ nobis ab ipso DEI Spiritu in in Cap. 6. ad Hebreos proponitur, quemadmodum Connexio v. 11, 12, 13, 14. capitū. Et cap. 6. v. 1. monstrat, ipsaq; res v. 1. & 2. innuit, Patrumq; & plerorumq; Theologorum consensus confirmat.

129. Ex Patribus instar omnium sit *Chrysostomus*, qui non tantum hos versus ad Catechesin refert, sed & quæ in v. 4. 5. & 6. dicuntur, quasi Apostolus in incepta de Catechesi loquendi metaphora maneat eo refert. Neq; *Augustinus* aliter lib. de fide & operibus, & *Beda*, qui ea-
dem

dem Augustini ferè verba repetit in cap. 6. ad Hebræos. Unde & Epistola, ajunt, quæ ad Hebræos inscribitur, cum eorum qui baptizentur, commemorarentur initia, posita est ibi pœnitentia à mortuis operibus: Sic enim dicit; ideoq; remittentes initio Christi Verbum, in consummationem respiciamus: non iterum jacentes fundamentum pœnitentia à mortuū operibus &c. Hæc igitur omnia pertinere ad initia Neophytorum satū aper-teg̃ Scriptura testatur. Neq; dissentit Theophylactus, qui cap. 6 ad usitatam tum temporis Catechesin applicat, huncq; sensum dicit. Doctrinam quæ in Exordio tradita est Vobis per Symbolum & Orationem Dominicam, ut hanc iterum incipiatis, imbuī. Vide etiam Ambrosium l. 2. de penit c. 2.

130. Pœnitentiam primo loco ponit Apostolus, quam Thomas , inter recentiores autem Marloratus in hunc locum, & alij restrin-gunt ad certam formulam Catechumenis præscriptam, quæ coram Ecclesia ante Baptismum facienda erat.

131. Negari quidem non potest, usitatum fuisse Catechumenis, ut pœnitentiam ante baptismi susceptionem agerent, quod non solum ex praxi Ecclesiæ post Apostolorum tempora sed etiam viventium Apostolorum (Act. 2. Petrus præmittit, & dicit, Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisq; vestrum in Nomine Iesu Christi.) observatum fuisse constat. Imprimis autem Seculo III. IV. & V. post Christum natum ritus circa Exordialem pœnitentiam creverunt, ut de illâ dubitare velle, esset illius, qui parum in Veterum Scriptis esset versatus. Ex multis unum vel alterum addam.

132. Augustinus lib. de vera & falsa pœnitentiâ: Ob hoc sunt Catechumeni in Ecclesiâ constituti, ut dum baptismum expectant, unde iure pœnitentiant, habeant. Et Anshelmus in Cap. 3 Matth. Clemens & quidam alij sancti Viri illis, qui turpiter vixerant, & conversi baptizari volebant, septem dies abstinentia vel etiam plures ad præparationem injungebant. Unde adhuc in Catechumenis aliquod spatium ante baptismum præstituitur, ut illos pœnitentias Vid. Naz. Orat. 41.

133. Tempore Cyrilli Hierosol: in Catech. Mystag: quadraginta dierum pœnitentiam suscipere cogebantur, procul dubio tot diebus, quot Symbolum ipsis explicabatur. Inde Cyriillus, relinque præsentia & crede futura, tot annorum circulos transegisti, mundo frustra operans nayans, & quadraginta diebus non vacabu pro anima tua. Clarius hoc

exponit in Procatechesi ab baptizandos: Ego te admoneo, priuquam JE-
SUS, animarum spousus ingreditur & omniū tuūrū videat, satis longum
babes intervallū cum pœnitentia dierum quadraginta tibi datur.

134. Neq; nego Confessionis pœnitentialis baptismo præmissæ
solitæ vestigia non contemnda inveniti in Antiquitate. Loquuntur
enim de è & Optimi & antiquissimi Patres, ex quibus Tertullianus pri-
mum locum sibi vendicat cuius lib. de Baptismo Cap. 19 hæc sunt quæ
sequuntur: Ingressuros Baptismum, orationibus crebri, jejuniis & genicu-
lationibus & perrigilijs orare oportet, & cum confessione omnium retro de-
lictorum, ut exponant etiam Baptismum Iohannū, tingeantur, inquit, con-
fidentes delicta sua: nobū gratulandum est, si non publicè confitemur ini-
quitates aut turpitudines nostras.

135. Post Tertullianum, Nazianzenum produco ex Orat. 40, in qua
illis qui ideo ne peccata sua exponere cogerentur Baptismum differe-
bant, occurrit, quod facere non potuisset, nisi ejusmodi Confessio in
äsu fuisset.

136. Cyrillus Catechumenos hortatur, ne tegant peccata, sed in
Confessione detegant. Ita enim Catechesi 1. Mystag. Tempus præsens est
tempus confessionis confiteare quæ perpetrasti sive Verbo, sive opere, sive noctu
sive interdiu: Confiteari tempore acceptabili & in die salutis assisti a ca-
rechesibus, & quæ in illo dicuntur, memineris. Dicitur enim non ideo, ut
audias tantum, sed ut per fidem dicta obsignes.

137. Chrysostomus idem confirmat Homil. 10. in Cap. 3. Martb. Tem-
pus, ait Confessionis æquè & locù baptūmate & illorū profanūg; incumbit;
illis quidem ut post patentium criminum vulnera, pœnitentiā interveniente
curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur; his verò ut ablui in bap-
tismo maculū ad Dominicam mensam munda jam conscientiā accendant.

138. Ex Historicis agmen claudat Socrates, qui Alexandrinæ Eccle-
siae ritus exponens, plurimos dicit ad Baptismum festinasse & peccata
confidentes baptizator fuisse.

139. Quicquid autem sit, hæc vix ad nostrum Apostolum per-
tinet. Ut ut enim concedam posterioribus temporibus hoc obtinu-
isse, unde auctem probabunt Apostoli tempore obtinuisse, ut confessio-
nem quandam recitarent Catechumeni, in quam in Epistola ad Hebræos
digitum intendat Apostolus.

140 Sanè

140. Sanè μετένομαι pro Formula Confessionis sumi in sacris non memini, neq; de hoc loqui, textus Apostoli permittit, de tali enim loquitur quæ vel est ἡμέλειον vel ad ἡμέλειον jure refertur. Atquis ejusmodi formulam ad fundamentalia, & τῆς δεκάνης τῶν Χριστιανῶν referet, cum nullibi ejusmodi formula sit mandata, neq; præscripta. Peccata cum baptizarentur, confitebantur illi qui ad Johannem venerunt Matth. 3. v. 6. & de confessione Baptismo præmissa Caius & Lorus locum Act. 19, 18. explicant, quando dicitur. Et multi eorum qui crediderant, veniebant confitentes & indicantes facta sua; quod autem à Christo & Apostolis aliqua Confessionis formula instituta, & ex necessitate ante baptismum recitata sit, quæ voce pænitentiae apud Paulum venit, non invenio.

141. Pænitentia ergo generaliter, ut & in aliis locis, hoc in Capite [errat igitur Hemmingius qui contrarium defendit] sumitur, quæ cum hoc loco opponatur fidei, in primis agnitionem peccatorum, dolorem de peccatis admissis, & quā homo à peccatis desistit, studiumq; Virtutum unicè sibi proponit, includit, ratione cuius homo verè dicitur μετένομεν ad saniorem mentem, se mutando in melius, transire.

142. Hæc autem μετένομαι ex Decalogo & divinis Præceptis sumitur, in quibus opera mortua prohibentur, & ut vitam vivamus juxta DEI voluntatem docemur. Ex lege agnitus peccati Rom. 7. v. 7, 20, quo cognito non nisi dolor & timor, & tristitia 2. Cor. 7. v. 9. ut sapere incipient homines, & opera tenebrarum abjiciant, pietati studeant Matth. 5. v. 7 cap. 19. v. 17. Coll. 2. 8. Jacob. 2. v. 8.

143. Breviter equidem sed nervosè B. Hunnius in h. l. nostram mentem exponit, quando f. n. 6. idem quod nos diximus Paulum velle ostendit. Periphrasis, ait, bæs est doctrine Catechetica, cuius principia capita exprefse notat. Pænitentiae voce ad primum caput Catechismi alludit nempe ad Decalogum, per quem Paulo teste, agnitus est peccati & pænitentia seu conversio ab operibus mortuis, quæ in Decalogo probibentur.

144. Scilicet omnia peccata Apostolo hoc loco dicuntur Opera mortua ut & Heb. 9. v. 14. ut illi qui his student, dicantur mortui Luc. 15. excludantq; vitam gratiæ. Quod enim de Sapientia dicit Autor libri Sapientia, illam non ingredi in animam malitiosam, neq; habitare in Corpore, quod subjectum est peccato, id etiam de æterna Sapientia, in

qua vita nostra abscondita est cum DEO ad Collo. 3. v. 3. dicendum est.
In renatis mortuum potius peccatum est. Nam mortui peccatis dicuntur
Rom. 6. v. 11 ut vivant DEO v. 12. Ne regnet peccatum in mortali cor-
pore ut auscultetis ei in cupiditatibus corporis v. 13. Neq; sistite arma
injustitiae peccato, sed sistite vos DEO, ut ex mortuis vivos.

145. Merito ab hac poenitentia in tunc fecit Apostolus. Ab hac
enim Johannes Matth. 3. 2. & Christus Matth. 4. v. 17. initium fecit,
quam (ut h. l. vox sumitur) fides immediate sequitur.

146. Alterum Caput Apostolicae Catechesis est misericordia Deorum
FIDES ERGA DEUM. Idem Johannes addit Matth. 3. Resipiscite
& credite. Ut enim Poenitentia sit μετάνοια εἰς σωτηρίαν 2. Cor. 7. 9.
Fides requiritur, quæ anima est conversionis, ut ad DEI gratiam acce-
damus & in ea sternus ad Rom. 5. v. 2. per quam etiam corda, ab operi-
bus mortuis purgantur Ad. 15. 9. & per fidem insanguine (quo purgat
1. Joh. 13. Vivificat ut vitam quam vivant fideles vivant per fidem Gal.
2. 10. & salvat 1. Pet. 1. v. 9. Joh. 3. v. 16. Joh. 20. v. 31.) Christus est
Iustus eorum Rom. 3. 25.

147. Fidei autem appellatione de professione communiter Fidei
Baptismo præmitti solita, quam edebant Catechumeni, antequam ba-
ptizarentur, intelligunt, & multi etiam eò collimant, quod Symbo-
lum Apostolicum Paulus hoc loco respiciat.

148. Verum est & supra à nobis concessum Professionem fidei à
Catechumenis ante Baptismum præmissam de qua Ambros. 1. 2. Sacram
c. 7. Interrogatus es. Credis in DELLUM patrem omnipotentem? Dixisti
credo. Et immersisti hoc est sepultus es. Iterum interrogatus es: Credis
in D. N. I. C. & in crucem ejus? Dixisti credo & mersisti. Tertio in-
terrogatus, credis & in Spiritum Sanctum? Dixisti credo, ut multiplicem
lapsum superiorū atatis absolveret trina confessio.

149. Et hoc extra Controversiam est Symbolum in magna ve-
neratione fuisse, illudq; & explicatum Catechumenis & ab illis recita-
tum. In Concilij enim Agathensis Canon. 13 statutum fuit, ut Symbo-
lum ante 8. dies Dominica Resurrectionis publicè in Ecclesia competentibus
prædicaretur & supra ex Ambroso Epistol. 33. retulimus quod dicat se in
Baptisteriis Symbolum competentibus tradisse. Et Hieron. Epist. 61.
ad Pammach. annon tamen potius scindit Ecclesiam, quæ præcepisti Bethleem
posterioris tuus, ne competentibus nostris Symbolum traderent. August.
Ser. M.

Serm. 115. Symbolum quod vobis tradituri sumus fratres Charissimi,
comprehensio est fidei nostre atque perfectio.

150. Quod autem ipsis tradebatur, id etiam ex ipsis exigebatur
Symbolum, uti habet Chrysostomus, qui in homilia in Symbol. dum Christianæ doctrinæ principia baptizandis explicanda sumserat, soles Competentes alloquitur; Vos autem Genus electum grec novellus DEI, qui competitus a Rege Regum & Domino Dominorum munu gratia, qui Baptum salutarem speratis vobis affuturum, audite professionis vestra Verba. Et Isidorus lib. 1. de Offic. Eccl. cap. 27. Hoc die (Palmarum ideo Pascha Competentium dictum Albino Flacco lib. de divin. Cffic;) Symbolum Competentibus traditur propter confinem Dominicæ Pascha solennitatem, ut qui jam ad DEI gratiam percipiendam festinant, fidem, quam confitentur agnoscant.

151. An autem idem ijsdem Verbis eodemque ordine compositum Symbolum semper fuerit, illudque hoc loco Apostolus velit, dubito.

152. Absit quod negem Symbolum nostrum esse verè Apostolicum. hoc est doctrinam & rem ibi contentam & Apostolicam esse & traditione continua illustrem, sed quod Apostoli Symbolum his verbis & hoc ordine & quidem ut Petrus dixerit, Credo in DEUM Patrem omnipotentem. Johannes dixerit; Creatorem cœli & terra. Jacobus dixerit; Credo in JESUM CHRistum, filium ejus unicum Dominum nostrum. Andreas dixerit. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus dixerit, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & sepultus Thomas dixerit; Descendit ad inferna: Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomeus dixerit; Ascendit ad cœlos: sedet ad dextram DEI Pater Omnipotens. Matthæus dixerit; Inde venturus est judiciare vivos & mortuos. Jacobus Alphæus; Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam. Simon Zelotes; Sanctorum Communionem, remissionem peccatorum: Judas Jacobi; Carnis resurrectionem; Matthias compleverit; Vitam aeternam Amen, uti quidem Augustino (Baronius enim incerti autoris non Augustini hæc verba dicit) tribuitur Temo X. operum editionis Lugdunensis p. 675. tradiderint, cum Erasmus dubito.

153. Si enim ab Apostolis fuisset compositum Ecclesiaque tradidum, ad hoc usque tempus conservatum, pars esset Canonis & non ad traditionem spectaret, errassetque universa ab Ascensione Christi Ecclesia,

qua

quæ intra Canonem non posuisset, erraretq; hodie quod Canonis
Bibliorum non adderet neq; errore posset se vindicare secutura Ecclesia
Quomodo enim hodie vel sequentibus seculis Ecclesia quod in Cano-
ne non inveniret & ab Ecclesia traditum agnosceret, tanquam ab Eccle-
sia traditum in Canone existimat.

154. Accedit, quod si ab Apostolis compositum fuisset nulla Par-
ticularis Ecclesia unquam mutare debuisse, aut aliter proponere. At
quod quatuor prioribus seculis non his ijsdem verbis propositum fuerit,
ad oculum excollatione Symbolorum patet. Quis fidelium (hæreti-
cos eximo) enim coram facie Universæ Ecclesiæ vel iota in Canone &
in alijs ab Apostolis profectum mutare præsumeret.

155. Et si vera sunt, quæ contra Ponificios disputamus, (uti verissi-
ma) nihil ex traditione ad Ecclesiam spectare, illiusq; certitudinem
nos habere posse, nisi quod vel ex canonice libris (fide divina) vel Ec-
clesiasticis alijs, fide dignis Scriptoribus (fide humana) certum colliga-
tur. Producant ante Augustinum aliquem Patrem, qui his verbis efferat.
Imo ex eo quod nemo antiquorum iisdem verbis Symbolum citer, in-
dicio est nos ita in Ecclesia recitatum fuisse. Quod enim Ireneum
lib. 1. adversus hereses cap. 2. pag. 35. quidam citent, nihil est. Ita enim
ille ex versione Gallasij: Etenim Ecclesia, quamvis per universum Orbem
disporsa usq; ad extremum terræ ab Apostolis & eorum discipulis accepit fi-
dem, que est in unum DEUM Patrem Omnipotentem, qui fecit cœlum &
terrā, & maria, & omnia, quæ in eis sunt: Et salute nostra. Et Spiritum
Sanctum qui per Prophetas predicavit dispensationes & adventus DEI, &
eam quæ ex Virgine est generationem, & passionem, & resurrectionem a mor-
tuis, & in caelos Ascensionem dicit: IESU CHRISTI domini nostri: Et ipsius
est cœlis adventum in gloria Patris ad instauranda Universa, & suscitandam
omnem carnem totius humani generis, ut CHRISTO IESU Domino nostro &
DEO, & salvatori & Regi, secundum beneplacitum Patris Invisibilium, omne
genu curvetur cœlestium, terrestrium & infernum, & omnū lingua
cooscuratur ei, ac justum judicium in omnibus faciat, & in ignem mittat
spiritus nequitia & Angelos transgressores, qui desertores facti sunt, &
impios & injustos & ex leges, & homines blasphemos: justis vero & sanctis,
& qui mandata ejus observant, & inductione ejus perseverant, non nullis
quidem ab initio, alijs autem ex penitentia, vitam donet, atq; incorrupci-
lem statum largiatur, vitamq; eternam tribuat. Quod autem Magdebar-
gense

genses lib. 2. pag. 96. ex quibusdam Verbis Symboli à Patribus conjecturam pertant, ut demonstrent idem Symbolum superesse, non valet.

156. Nisi tempore excluderer in tabella quasi Veterum, quæ hac de re extant Verba, afferrem, sed unicum Tertulliani lib. de proscriptiis hereticorum locum afferam ex cuius testimonio manifestum erit ejusdem Verbis & ordine Symbolum ab omnibus non concipi: Regula autem est fidei, ait, ut jam hinc quid credamus profiteamur, illa scilicet quæ creditur: Unum omniō D E L M, nec alium præter mundi conditorem; qui universa denibili produxerit, per Verbum suum primū omnium emissum: Id Verbum filium ejus appellatum, in nomine D E L variè visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremò delatum ex Spiritu DEI Patrū, & Virtute in Virginem Mariam, carnem factum ex utero ejus, & ex ea natum hominem esse Iesum Christum: exinde prædicasse novam legem, & novam promissionem regni cælorum, virtutes fecisse: Fixum Cruci, tertia die resurrexisse: In cælos eruptum, edere ad dextram Patrū: Misericordiam vim Spiritus Sancti, (Spiritu Sanctum ipsum intelligit ut ex l. adv. Præteam videre est) qui credentes agat; Venturum cum claritate, ad sumendos sanctos in vita eterna & promissorum cæstium fructum, & ad prophanos judicandos igni perpetuo, facta utriusq[ue] partis resuscitatione cum carnis resurrectione. Hæc Regula à Christo instituta nullas habet apud nos questiones, nisi quas hereses inferunt, & quæ Hereticos faciunt. Hæc Tertullianus.

157. Agmen autem claudat Ruffinus (Cypriani enim liber non est, cum Photini mentionem faciat Autoris longe Cypriano recentioris, nec Cyprianus in Aquileiensi Ecclesia in qua tamen Ruffinus constitutus) qui ut ut occidentalis Ecclesiæ Symbolum Orientalium Symbolo præferre studeat, id tamen, de quo hoc loco solliciti sumus, fateatur in expositione symboli: Illud non importunè commenendum puto, quod in diversis Ecclesiis aliqua in his Verbū inveniantur adjecta: In Ecclesia tamen Urbis Romæ hoc non deprehenditur factum, quod ego propterea esse arbitror, quod neq[ue] heresis ulla illic sumpsit Exordium: Et mos ibi servatur antiquus, eos qui gratiam Baptismi suscepturi sunt, publicè, i.e. fideliū populo audiente, Symbolum reddere, & utriq[ue] adjectionem annus saltē sermonis, eorum qui præcesserunt in fidem non admittit auditus. In ceterū autem locū quantum intelligi datur, propter nounulos hereticos addita quædam videntur per quæ novella doctrina sensus excluderetur exclusi.

di. Nostamen idem ordinem sequimur, quem in Aquilejensi Ecclesia per
lavaci gratiam suscepimus. Firmat assertionem suam Rufinus in seqq.
His additur invisibilem & impassibilem. Sciendum, quod duo isti sermo-
nes in Ecclesia Romanae Symbolo non habentur: constat autem apud nos ad-
ditos, heres eos causa Sabellij illius profecto qui à nostris Patripassiani ap-
pellantur: id est, quae Patrem ipsum vel ex Virgine natum dicit, & visibilem
factum vel passum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impie-
tas de patre, videntur hæc addidisse majores & invisibilem patrem, atq;
impassibilem dixisse. Et in seqq. Ubi nos dicimus. Et in JESUM CHRIS-
TUM, unicum filium ejus, Dominum nostrum; illi tradunt; Et in unum
Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, unicum filium ejus.

153. Imò Apostolicus noster locus diversum ordinem exhibit.
Velenim, quæ communis est sententia Articulus de Spiritu Sancto in
altero Capite continetur, vel quæ mea erit conjectura in quarto insi-
nuatur, & ita ante Judicium Extremum ponitur, cum tamen in nostro
hodierno Symbolo ante Spiritus Sancti mentionem de Judicio agatur,
judicaturus vivos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum.

159. Puto ergo in hoc secundo Articulo doctrinam de DEI
Unitate & Christo Verbis Scripturæ credendam expositam fuisse, quod
verus sit DEUS Creator Cœli & terræ, Pater IESU Christi filij ejus
unigeniti, nati ex Maria Virgine, passi &c. pro genere humano, ut san-
guins liberarentur à peccato & morte omnes, qui in ipsum credunt.

160. Ethæc doctrina maximè fundamentalis est, utpote objectum
fidei salvificæ continens, ut non malè Hunnius scribat: In DEUM: Indicat
fidem hanc non solù notitiâ sed vivâ simul fiducia constare. Et ex antiquis
Chrysostomus: Si autem hoc initium est, quid aliud doctrina nostra quam
penitere ab operibus mortuū & per Spiritum Sanctum accipere fidem in
resurrectione mortuorum & judicii aeterni. Et paulo post: Quia fides
fundamentum est, aeterna vero super edificationes, adverte ipsum dicentes:
Ego quid tamen profui, alij superedificant super fidem aurum, argenteum,
lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam.

161. Tertium Caput est ΒΑΤΙΣΜΑΝ διδάχὴ BAPTISMATUM
DOCTRINA Aretius distinctim legit, novumq; caput baptismati no-
vumq; doctrinæ destinat. Pro qua sententia Vir quidam Clarissimus
Oecumeniū Cajetanum Gaguen & Erasmus citat, dicitq; non repugnare
textum græcum, utrumq; regi à voce Iēmēlōn, sicut ceteri genitiivi praeco-
dentes,

dentes, & sequentes. Quia vero praecepsit doctrina quedam sub nomine fidei in DEUM idcirco doctrinam hanc in parte interpretantur Evangelicam, quā scilicet imbuti credunt Evangelium esse à DEO. Concinnius (pergit) est intelligi pleniorē Explicationem doctrina Christiana & mysteriorum illius que demum post perceptum Baptismum Catechumenū trahebatur. Confer. Hieronym. in Corin. Matth. 28.

162. Erasmus græcanica Scholia ita interpretari, quasi separatim legenda hæc sint, ait, doctrinamq; ita de Sacramentis nostræ fidei fuisse coniuncta sed nonrepugnat etiam conjunctim posse legi, quæ sententia ob-Crys. Theophylactum & Oecum. probalior etiam videtur, præsertim quod hactenus Exemplar non viderim, quod incisum vel composita inter has duas Voces ponat.

163. Neq; facile hæc sententia explicabit, quænam illa doctrina fuerit. Quæ enim ab Aretio dicuntur, nullius sunt momenti, & quomodo doctrina in genere contradistinguatur, doctrinis specialioribus de Lege, Fide, Baptismo &c. ad Baptismum ergo hæc Vox referenda est.

164. Baptismus scil. optimo ordine Penitentiam & fidem apud Competentes sequitur, beneficia enim in Evangelio oblata & fide apprehensa baptismus obligat.

165. Dubium tantum hoc loco est, cur non Baptismi sed Baptismatum mentionem faciat, cum unicum tantum Baptismum euangelicæ semel administrandum Ecclesia habeat.

166. Theodorus Beza ex suo Calvinus in annot. fol. 376. ait Baptismatum meminit in plurali numero, non quod iteratus unquam sit Baptismus, sed quod plures Catechumeni solerent ad Baptismum convenire, cui postea certi attributi sunt dies nempe Pascha & Pentecostes, qui propterea dier Baptismatum dicti sunt ex Veterum plurimorum & Graecorum & Latinorum scriptis liquet.

167. Non male in hoc Beza loquitur, quod certi dies olim Baptizandis ordinati fuerint, si de seculo tertio & quarto &c. loqui voluerit At si ad prima Ecclesiæ initia id restrinxerit, errat.

168. Ex Act. 8. 9. 10. 11. enim constat non constituto tempore, sed ex improviso sèpè Baptismum administrasse Apostolum, & quod in nascentis Ecclesiæ Exordio non certum tempus statutum fuerit, valde probabile est. Benè enim Ambros: in Caput 4. ad Ebraos: Postquam omnibus locis Ecclesia sunt constituta & Officia ordinata, aliter compositares

est, quam cōperat; primum enim omnes docebant & omnes baptizabantur quibuscunq; diebus vel temporibus fuisset occasio: nec enim Philippus tempus quaesivit, aut diem quo Eusebium baptizaret, neq; jejunium interposuit; neq; Paulus & Silas tempus distulerunt, quo baptizarent, neq; Petrus Diaconos habuit, aut diem quaesivit, quando Cornelium cum omnibus ejus baptizavit.

169. Autor Constitutionum Apostolicarum quidem lib. 8. c. 20. ad Thomam Apostolum refert, quasi die Resurrectionis Catechumenos baptizandos constituerit. Verum cum in eo consentiant omnes doctiores, qui judicare solent de Veterum scriptis Authorem illum nominibus Apostolorum sibi opinionem Autoritatis conciliare voluisse, neq; in hoc ipsi fidendum autumo. Tertulliani tamen tempore hunc morem obtinuisse concedo, cum ejus mentionem lib. de Baptis. Cap. 19. Concilium Antisiodorens c. 18, Meldense 48. non nisi infirmos excipit, Catechumenos autem in Paschae vel pentecostes, solennitate baptizandos statuit. Concilium Antisiodorens extra Paschatis tempus baptizantes tribus mensibus à sacris eliminat.

170. Diu hi dies fuere observati, & quod consuetudo hæc ad tempora Caroli Magni, Ludovici Pij, Lotharii q; duraverit, certissimum est. At in nullo Authore invenies, hos dies, dies baptismatum fuisse dictos, quod præsupponebat Beza, neq; unicum præducit testimonium. Pascha competentium in Isidoro invenio sed non baptismatum. Neq; ex eo quod plures baptizati fuere doctrina Baptismatum potest exurgere, cum de unico Baptismo suscipiendo omnes instituti sint. Et quo Argumento Beza & Calvinus probant, dum Paulus hæc scribebat, statos dies fuisse observatos?

171. Lyra, Dionys. Cartbus & Hemmingius cum multis alijs Baptismata nominari putant, quoniam non simplex Baptisma est, sed triplex, id est fluminis & flaminis & Sanguinis, cum non sit dubium, quin haec tria Baptizandi edocci fuerint, & ita Ribera etiam, & nifallor Cornel. & Lapide. Quibus communiter respondeatur, triplicem hanc Baptismatis distinctionem post Apostolorum cepisse tempora, ut non probabile sit, Apostolum ad id respexisse.

172. Verum esto i. quod etiam ex sacris hæc significatio demonstrari queat, non quidem ex i. Cor. 15. v. 29. uti Beza putat, sed ex Marc. 10. 38. Luc. 12. 50. baptismus sanguinis; ex Matth. 3. 7. 11. Marc. 1. v. 8.

LUC. 3.

Luc. 3. v. 16. Act. 1. v. 5. baptismus flaminis; ex *Matt. 3, 7. Rom. 6. v. 4.*
Ephes. 4. v. 5. Collos. 2. v. 12. baptismus fluminis. Sed quid hoc ad Aposto-
 licum locum? Cur non etiam Baptismum in Mosen i. Cer. 10, 1. adje-
 cerunt, & qui forte hic haberent locum, Baptismos Iudaices *Marc. 7, 4.*

173. Et Veteres Martyrium & Votum loco Baptismi habuerunt,
 non tamen Baptismata propriè dicta vocarunt. Dicit quidem *Basilius*
de 40. Martyribus ἐν τῷ ᾧ ἀμέτην δότο τῆς οὐκείας μίσεως ἐβαπτί-
 σθον, & *Proper Sentent. 149.* qui non percepto regenerationis lavacro
 pro Christi confessione moriantur, his tantum illud valet ad abolenda pec-
 cata, quantum si fonte baptūmatū abluerentur.

174. Scilicet non magis Baptisma Martyrium judicarunt, ac Cate-
 chumemorum votum pro Baptismo habuerunt, unde cum Imperator
Valentinianus Catechumenus decessisset, tantum abest, ut *Ambrosius* de
 salute dubitaret, ut potius gratiam quam poposcerat non omisisse existi-
 marit sanctus Pater in *Oratione funebri*, de Obitu Valent. sororesq; so-
 latus fuerit: Audivi vos dolere, quod non acceperit Sacra menta Baptūma-
 tu. Dicite mihi, quid aliud in nobis est nisi Voluntas, nisi petitio? atq;
 etiam dudum hoc votum habuit, ut antequam in Italiā venisset, initia-
 retur, & proxime baptizari se à me velle significavit. Et ideo præ cete-
 rū Causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desi-
 deravit? non habet quam poposcit? & quia poposcit, accepit, &c.

175. Nemo tamen exinde Baptismata plura in Ecclesia dixerit, li-
 cit enim Vox Baptismi Martyrio ab istis tribuat, res tamen est diver-
 sissima, ut in plurali numero de rebus æquivocatis velle æquivocans
 dicere, ex æquivoci est non æquivocum facere, quod licet omnibus sa-
 ni Philosophis hactenus fuerit absurdum, ab illis tamen, qui nescio
 quod formale in Vocibus Mundo obtrudere conantur, vel conceden-
 dum vel dicendum, nullum dari Æquivocum. Et ita solidè nō fallor,
Thome, Hemmingij, à quibus non recedit *Ribera*, sententia refuta-
 ta est, & simul etiam *Socini*, qui ex hac phrasī duobus Baptūmū aqua opus
 esse inoptit.

176. Diligentissimus Flacius in *Clav. f. 68.* de illis Veteris legis
 purificationibus ac lotionibus, quæinitò in primitivâ Ecclesiâ, præser-
 tim Apostolorum tempore nondum erant proslus abolitæ, Apostolum
 loqui putat.

177. Contra quam sententiam pugnare videtur quod Paulus hic
 F 3 sum,

summatis prima Elementa eaq; fundamentalia Doctrinæ Christianæ recenseat, ad quæ Judæorum ablutiones minimè pertinent, nisi quis pro excusando Flacio velleret dicere, ad prima Elementa ideò hanc doctrinam spectasse, quod ex Hebræorum, ad quos Paulus scribebat, opinione haec ad salutem necessariæ cum reliquis Mosaicis Ceremoniis habitæ fuerint, quorum heresim refellere, utpote fundamentum tollentem, hoc loco Paulum debuisse.

178. Salvo aliorum iudicio existimo propriè hinc Vocem *Baptismū mātr̄w* sumi. Non nego quidem sub hac voce lotiones Pharisaicas comprehendi, quæ rotundis verbis ita dicuntur, *Mare. 7. v. 4. Baptismū regnū*, ipsamq; vocem *Δοῦ τὸ βαπτίζειν* derivari, notius est quam ut probari debeat, si enim vim vocis spectes, ablueri significationem habet *Luc. 11. v. 36.* ita tamen ut baptismus non excludatur sed includatur.

179. Neq; obstat, quod Judæorum lotiones non ad Catechesin spectariant. Sufficit enim si Baptismus, qui voce generali *Baptismū* quoq; continetur, ad illam spectet, & ium temporis ad doctrinam Catechetericam relatus fuerit. Sanè si Impositio manuum hoc loco ab Apostolo recenseri non intermittitur, ut pote per quam doctrinam ex nostra sententia, dona ministrantia à salvantibus &c. distinguuntur, eur non de Baptismo tanquam Novi Testamenti peculiari lavacro, Apostolus locuturus etiam huic oppositas, & ex tunc recepta sententia apud Hebræos hunc extenuentes lotiones Mosaicas proponeret, illasq; Auditoribus suis, quæ à salutis fundamento recederent, explicaret. Alias ex aliis Disciplinis notum est, opposita juxta se posita magis explicari. Quam acres autem disputationes de ejusmodi legalibus inter Judæos fuerint, & quam tenaciter has Mosaicas sub necessitate salutis defenderint notum est ex Epistolis Paulinis, & Concilij decisione *A.D. 15.* Neq; putabis sine causa hanc doctrinam fidei subiunctam. Ideo enim *Baptismū* genera seqvuntur, ut firmiter sentiamus solam illam purgationem quæ in fide in *DE U M*, Christi scil. in ara crucis factam, includitur Baptismoq; confertur peccata nostra purgare, ut reliquæ lustrationes omnes sint prorsus abolitæ. Inde in *Cap. 9. ad Ebræos*, ne ulla difficultas restaret, notanter exposuit *v. 9. Baptismū* Veteris Testamenti non potuisse in Conscientia consummare cultorem & sic ad fundamentum non pertinuisse.

180. Quem.

180. Quemadmodum enim in alijs Artibus & Disciplinis pro re data vel hoc vel illud necessario urgendum vel omittendum; ita licet doctrina de lotionibus Mosaicis non esset fundamentalis ne tamen quasi fundamentalis intelligeretur, & ne in fundamentis errarent Auditores necessario adiicienda fuit, quæ tamen & Patrum & nostro tempore recte è Catechesi exulat. Nemo enim est exceptis Judæis (qui si & hodie informandi apud eos mentio βαπτισμῶν iniicienda) qui his offenditur.

181. Pro nostra hac sententia possum citare Theophylact. Liceat enim in Comm. primò eam quam habet Chryst. ferè propugnet, quando ait: Neq; enim perinde ac multa sint Baptismatis genera pluri usus est numero, cum unum sit Baptisma, sed antequam id sequatur & accidat, sit necesse. Nam si rursum hoc institueret & iteraret, ut labentes Baptismo abtueret, necessario & Baptisma id est, plura hæc sequerentur, quod sanè absurdum; Ipse tamen quasi dubius an hæc solutio (quæ etiam ad rem non facit & coacta est) difficultatem tolleret, in nostram intendit: Scendit præterea, ait, quemadmodum qui legi inbaserant variae Baptismatum species Judaico ritu vel in gratia denunciasse.

182. Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia cap. 2. Quid quod & supra (v. 2. ad Hebr. c. 6. de hoc capite enim agit) doctrinam Baptismorum premisit? Et quia multa errant Baptismata in lege: meritè reprehendit illos, qui perfecta dimittant & principia Verbi requirant. Docet nos sciere oportere destruta esse universa legis baptismata unum Baptisma esse in Ecclesia.

183. Oecumenium addimus, qui ita commentatur h. l. Hic cum Iudaicè plusquam æquum erat curiosi essent, quoniam varia erant in Lege Baptismata, volebant novæ quoq; legi baptismate, quæ regenerationem confert, frequenter baptizari, ed quod frequenter vellent remissionem peccatorum accipere.

184. Quod si & hæc alicui non placuerint per me licet hic statuat Enallagen numeri cum Johanne Gerhardo & Johanne Camerone βαπτισμῶν pro βαπτισμῷ (quæ literarum & & ὡν juxta antiquo rem scribendi modum permutatio facile potuisse fueri) ponatur præsumit cum & Syrus ita Doctrinæ Baptismi & Augusti. de fide & Operibus cap. n. lavaerum doctrinæ in singulari reddiderit non aliter ac Paulus in hac Epistola sacrificium unicum Christi Iusticiæ vocat Cap. 9. v. 23.

licet

licet enim multa Sacrificia unicum tamen *νοστρόν* *έξοχόν* non aliter ac Baptismus Verbo DEI munitus inter litiones Mosaicas caput extollit & reliquas post se relinquit.

185. Neq; frustra Vocem *διδαχῆς* hic additam puto, ut scilicet Apostolus si non explicite tamen implicitè innueret, ubi non tam propositum esse Baptismata Christianorum multiplicare quam doctrinam varias ablutiones diligenter ex ponentem proponere, illam ad præsens negotium applicare, imprimis autem de baptismo agere.

186. Quartum Caput *ἐπιθέτως τῶν Χεργῶν IMPOSITIONIS MANUM* est, quod quasi in parenthesi positum cum priori membro putat Calvinus, licet enim nobiscum conjunctione malit, concedit tamen se secus interpretari quam alios, nempe ut sit appositiō quem Grammatici vocant hoc sensu, Non jacientes rursus Fundamentū p̄nitentie, Fidei in DELL M Mortuorum Resurrectionis: quae doctrina est Baptismi & impositionis manuum. Itaq; si parenthesi includas hæc duo Membra, Baptūmātū doctrinæ & manuum Impositionis contextus melius fluet. Nisi enim appositiō legas, hoc erit absurdī quod bū idem repetet. Quæ enim baptūmālis est doctrina, nisi quam bis recenset de fide in DELL, de p̄nitentia & de judicio, ac similibus. Manuum Impositionem cum Baptismo conjungit: quia ut duo erant Catechumenorum ordines, ita duplex erat ceremonia. Nam qui erant extranei, non ante perveniebant ad Baptūmū, quam edita fidei professione. In illis ergo Catechesis Baptūmū precedere solebat. At liberi fideliū, quoniam ab utero ad optati erant, & jure promissionis pertinebat ad Corpus Ecclesie, infantes baptizabantur: transacta vero infantia, postquam instituti erant in fide, se quoq; ad Catechesin offerebant, que in illis Baptismo erat posterior. Sed aliud Symbolum tunc adhibebatur, nempe manuum impositio. Hic unus locus abunde testatur hujus ceremonie Originem fluxisse ab Apostoliū quæ tamen postea in superstitionem versafuit, ut Mundus semper fere ab optimā institutū ad corruptelas degenerat. Calvinum Piscator hoc loco sequitur

187. Scilicet non mirum erat, ut, qui parum reverenter de Sacramentoloquistur, doctrinam etiam ejus ab illorum censu, quæ necessariae & fundamentales à Spiritu Sancto judicatae sunt, removeret. Nota sunt Emblemata ex lib. 4. Instit. cap. 15. Calvinii: multum dāmni ait invexte dogma illud male expositum, Baptūmū esse de necessitate salutis. Et alibi: nisi omnia religionis Principia revertere libet fateri necesse est, non esse fundatae

datam in Baptismo Infantis salutem. Ab hoc didicerunt Ursinus in Compend. Theolog. Regeneratio seu Salus non pendet à Baptismo. Beza Colloq. Mompelgard. salutem nostram hactenus à Baptismo suspendimus, ut nec ipsius salutis fundamentum ab eo inchoemus. Verum impiè uti alio loco ex Scripturā & Consensu Patrum ab aliis ostenditur.

187. Calvinum in Epistola ad Hebræos Piscator sequitur: Tertiū & quartum de Baptismate & manuum Impositione non videntur proponi ut peculiaria doctrinæ capita, sed interponi ceteris declarandi causā, ad significandam Circumstantiam temporis, quo Rudimentariis fundamenta illa doctrina Christianæ tradi solebant videt. eo tempore quo ad Baptismata admittebantur adulti. Item eo quo pueri in Infancia baptizati & in pueritia instituti coram Ecclesia solebant per impositionem manuum in fide Christiana confirmari.

188. Hæc tamen Expositio refellitur 1. à scopo Apostoli, cui propositum est, non ceremonias tradere, sed docere quæ in Apostolica Ecclesia σωζεῖα τὸ λόγος τὸ Χριστός fuerunt. Neq; 2. antecedentia & consequentia permittunt. Poenitentia, fides, resurrectio sunt fundamentalia, & cum de lotionibus agatur, dicat an Mosaicas ad salutem pertinere dicat, excluso Baptismo. 3. Consensus Veterum accedit, à quo sine Scriptura & urgente necessitate velle abire temerarium est. 4. Non mirum, quod Calvinus pro libitu Parentheses sibi singat, cum nihil non singendum sibi fas putarit. Et quasi Parenthesis sine restrictione sensum Verborum inverteret. 5. Neq; oppositio baptismum à reliquis divellit, & ex numero σωζέων excludit, neq; doctrinæ Vox facit, ut Baptismus & Impositio sint nudæ Ceremoniæ [egregie de Baptismo sentiens, quem cum impositione puerorum adulorum confert.) 6. Et sanè distincta est doctrina de Baptismo & de fide uti ostensum fuit. 7. Liberos ab utero adoptatos esse, παιδίον est Calvinus scripturæ & Veteri Ecclesiæ ignotum. Miror autem hoc loco hominem hunc ad Veterum ritus confugere, qui totus in eo fuit, ut Veterum ritus non sine causa introductos non sine ingenti Ecclesiæ scandalo extrusit, quod præcul dubio non fecisset, si diligentius (uti alij nostræ confessionis docti Viri observant) in Veterum ritus inquisivisset.

190. Piscatorem autem quod hæc duo declarationis causa adjecta fuisse afferat, non intelligo. Neq; quid Baptismus & Impositio

G

manuum

manuum ex sententia quam defendit ad fidei, penitentiae & resurrectionis declarationem faciant, capio.

190. *Alphonsus Salmero* intelligit de manuum Impositione, quae infantibus ante Baptismum adhiberi consueverat. *Clarissimus Gerhardus* autem de eadem manuum Impositione post Baptismum, cuius confessio fuit requisita ab iis, qui ex Christianis Parentibus nati in aetate infantili erant baptizati, ac postea in aetate post perceptam fidei Christianae doctrinam manuum impositione in illa confessione confirmabantur. De qua *Hemmingius* etiam: *Manuum hanc impositionem*, ait, *factam fuisse per Episcopos & Presbyteros, qui examinatu imponabant manus additam fausta precatione & benedictione ad quam sapienter donabatur Spiritus Sanctus.*

191. *Audentior Aretius*, qui cum parum hac de re in antiquitate legisset, ut supra probavi, haec addit: *De hac Ceremonia admonebantur Neophyti, quandoquidem tum in frequenti erat uso, quid illa esset, cur instituta, quibus & per quos imponerentur manus & ad quid conduceret, disciebant prima fidei Tirones.*

192. *Franciscus Ribera* in *Commentario in Epist ad Hebreos* fol. 225, de Sacramento Confirmationis hic Apostolum loqui, contendit, in quo manus imponebantur baptizatis, ut plenitudinem Spiritus Sancti acciperent. *Act. 8.* Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini JESU. Quibus imponebant manus, super illos & accipiebant Spiritum Sanctum. Ita & *Eftius* hoc loco & *Reibing* adhuc Pontificius in *Manuali*.

193. At 1. neq; ipsi Pontificij hodie manus imponunt in hac Confirmatione, neq; ad materiam & formam hujus Sacramenti Confirmationis necessitatem, multò minus autem quod sit Sacramentum Ecclesiae ex hoc loco colligunt. Episcopi quidem Pontificiorum pollice in Chrisma intincto crucem in fronte describunt, & deinde alapam impingunt, sed hoc non est manus imponere. 2. Ex institutione divina non esse hoc Sacramentum arcessendum [quod alias ad Sacramentum pertinet] non nulli adversarij fatentur, 3. Rectissime *Fran-*
cis. Svaretz. Parte 3. Disput. 31. Sectione. 4. Dicendum est illam priorem simplicem manus impositionem ab Apostoli usurpatam, revera non fuisse Sacramentum Confirmationis, quod nunc habemus, quia in ritu sensibili valde differebat, imò nec simpliciter Sacramentum fuisse, quia non erat

memo-

memoria stabili ac firma lege instituta. 4. Locus etiam Riberæ ex Actis 8. hue non pertinet. Agitepim de miraculosa Spiritus Sancti effusione, quicquid etiam dicant Bellarminus & Reibing, cujus argumenta in ipso confictu videbimus.

194. Uti ergo ipse Svarez ingenuè hunc ad Hebræos locum de illa Impositione manuum quam sequebatur Spiritus Sancti miraculosa effusio intelligit, ita etiam ante ipsum Chrysostomus post hæc Verba, *Impositionem manuum*, ait: *Sic quippe sanctum spiritum accipiebant, imponentes eis palam manus. Theophyl. quia scil. spiritum sanctum accipiebant, cuius gratia & fatura prædicerent, & miracula ederent. Ait enim & alibi Paulus: Cum manus eis imposuisset, acceperunt spiritum sanctum. Et Job. Pomeranus in b.l. impositione manuum, sive quæ tunc potest dari & dabatur, datur semper spiritus sanctus.*

195. Parens cum quo etiam ferè consentit Bullinger, per impositionem manuum intelligit initialem doctrinam de donis Spiritualibus & de ministerio Ecclesiæ, quia & dona Spiritualia tunc conferebantur, & Pastores Ecclesiæ ordinabantur per impositionem manuum, ut videre est *Act. 8. & 1. Tim. 4.*

196. Non male nisi quod & alia adhuc adjicienda existimari. Nempe si in re dubia, obscura & diversissimè explicata conjecturæ locus est concedendus, existimo Paulum hac Phrasí respexisse ad doctrinam de Spiritu Sancto, Ecclesia, Oratione & cœna. Quod enim in reliquis disciplinis solet fieri, ut memoriae consulenda ergo in genere sensu obvium solemus nominare, ut per illud alia necessaria explicemus, ita & hoc loco Apostolorum in rudimentis fidei enarrandis fecisse, ut ceremonia tunc temporis usitatæ & post observatæ in sensus incurritis mentionem faceret, & tamen rem cum illâ Ceremonia conjunctam respiceret, vel ad quam ceremonia duceret.

197. Negari nequit, Apostoli scopum esse, cum ad subtiliorem de Sacerdotio Christi cum Melchisedecho collato, doctrinam progredivellet, Hebræos admonere, ne legnes essent, neq; tantum in Elementis persisterent qua de causa etiam enumerat capita Elementaria quæ *saiχnía tñs ðéχñs tñw λégiow tñs θéz v. 12. & λégiow tñs Ἀρχñs tñs Χειρí v. 1. Imò Θéμελιον v. 2. c. 6. vocat*, quædicit, se hoc loco presupponere quidem sed neq; in illorum expositione velle persistere, neq; suadere, quod Hebrei in his unice acquiescentes non ad eam perfectiō-

aera, quæ in subtiliore divinarum rerum expositione confisteret, con-
tenderent, sed potius præcipere ut ad perfectionem ferantur. Non
ergo existimandum à dictis recedere voluisse Apostolum, & cum funda-
menta & quæ ex solo DE I Verbo ad Christum ducerent, proponere
voluerit, ad liberas ceremonias easq; quæ paucò tempore durarunt, &
postea in Ecclesia desierunt; se contulisse, sed potius ad Elementa
Christianæ semper & potissimum respxisse.

198. At ipsa Ceremonia Impositionis manuum, quomodo cunq;
etiam capiatur, nunquam pertinuit ad ḡμέλιον Christianismi. Ergo
non tam ipsa ceremonia hoc loco intelligenda, quam quod mentione
vel Occasione Vociis inculcatum fuit, tempore Pauli. Notum scil. erat
Pauli tempore quæ capita doctrina de Impositione manuum dicta con-
tineret, non aliter ac quando hodie Doctrinam Prædicamentorum ci-
tati audimus, non ipsas classes rerum tum intelligimus, quām doctrinam
de Homonymis, Synonymis &c. Substantia, Quantitate, &c. Vel quan-
do libros τεκνὶ Φωτιᾶς αὐγάστεως allegantur, Principiorum Corpo-
rum Naturalium, Motus, Loci, Temporis &c. doctrinam intelligimus.

199. Præterea quis crederet, Ecclesiam ab Apostoli Catechesi rece-
sse, & quædam Capita principalia vel substituisse vel omississe. Ad
tempus quidem ob certas Causas doctrinam quandam suspendere forte
potuerunt, sed proslus Omisisse, vix probabile est. Atqui quænam do-
ctrina hæc fuerit, nullibili in scriptis fide dignis extat, quod indicio est,
non tam ceremoniam quam alia necessaria Paulum intelleixerisse.

200. Contrà quām Doctrinam Ecclesia sanctè in initio fidei tra-
denda observavit, illam proculdubio neq; Paulus omisit Videbimus
autem statim, quid ex antiquitatē eruere queamus.

201. Deniq; ipsa enumeratio Paulina non obscure nostram sen-
tentiam declarabit. Ponit enim post doctrinam fidei in DE U M, Do-
ctrinam de Resurrectione & Judicio. Aut ergo Apostolicæ traditioni
non conveniet doctrina, quam Symbolum Apostolicum nobis exhibet,
ut quod doctrinam de Ecclesia, quæ Communio Sanctorum &
Remissione peccatorum ad fundamentum & Articulos fidei referat
aut hos Articulos Paulus non præteriit, quod posterius si non necessa-
rium, maximè tamen probabile est.

202. Et hanc ipsam meam Conjecturam confirmat, id quod su-
pra proposui, Apostolorum tempore non eo ordine fuisse scriptum.
Sym-

Symbolum quo hodiè post Ruffini tempora in Ecclesia obtinuit, quod insuper antiquissima apud Patres & Concilia, Symbola confirmant.

203. Ad doctrinam ergo quæ nomine impositionis mannum proposita Catechumenis refero Doctrinam de Spiritu Sancto, quatenus donis suis Ecclesiam fundat, conservat & beat, quorum donorum brevis delineatio, quod nimurum alia sint ministrantia, alia sanctificantia procul dubio tempore Apostolorum addita fuit.

204. Omnibus notum erat imo videbant, & audiebant, quæ mannum impositionem Apostolorum consequerentur, ut novis linguis loquerentur, futura prædicerent, Evangelium, quod non sine divina virtute, licet s̄epissimè summis infortunijs exponerentur, prædicarent. Occasione ergo sumpta ab impositione manuum, quæ insensuſ incurrebat & nota erat omnibus explicarunt Catechumenis, per quem & cur hæc fierent. (Hæc enim duo sufficiebant ad rudiorum informationem) Nimurum Spiritum Sanctum velle colligere Ecclesiam per Verbum & Sacra menta, in qua qui crederent, baptizarenturq; communio esset quædam, ubi omnes fide remissionem peccatorum acquirerent seu iustificarentur, qui si in Oratione & fractione panis seu Cœnæ persistenter, resurrecturi (si addendum hoc loco quod sequentibus verbis ab Apostolo recitatur) ad vitam & judicio æterno absolvendi essent.

205. Licet ergo, ubi DEO visum fuit Ecclesiæq; constitutæ fuere, Spiritus Sancti extraordinaria illa effusio ad impositionem manuum deficerit, illius locum tamen Catechumenis explicare & monstrare voluerunt impositionem manuum aliam, quæ non sine causa viventibus Apostolis in Ecclesiam introducta est, verboq; consignata, qua Ministri Ecclesiæ fuere ordinati, cuius Paulus meminit in ad Timoth. cap. 4. v. 14. quæ etiam nostra usq; tempora in Ecclesia permanit. Monebantur procul dubio occasione hujus Ceremoniæ, quod licet DEO non amplius placeret extraordinariè Ministros mittere, hos tamen mediataè à DEO vocari, illis committi Verbum & Sacra menta, per quæ Ecclesia una, sancta & catholica colligatur & conservetur, & in cuius communione iustificarentur credentes, hoc est remissionem peccatorum consequentur.

206. Quam doctrinam, Occasione manuum impositionis quæ Catechumi baptizati in Ecclesiam recipiebantur procul dubio & postea inculcarunt, in Ecclesiæ enim recepti communionem, qui non docerentur

cerentur doctrinam de Ecclesia ; cujus membra fierent ? ad coenam admittendi, qui doctrinam de coena ? Et hoc referto B. Hunnium: Per manum impositionem Confirmationem (non Pontificiam sed veterum) intellexit, (Apostolus) qua per manum impositionem confirmabantur, qui fidei suscepere capit ac catechetica professi erant, eiusq[ue] benedicabatur, sicut hodie quoq[ue] fieri in nostra Ecclesia coniuvit. Quia manum impositio in primitiva Ecclesia cum miraculo visibiliter delabentis in eos Spiritus Sancti saepe conjuncta fuerat.

207. De more Catechumenis manus imponendi omnes quidem, qui in hunc locum Pauli commentantur, Verba faciunt, sed pauci, immo nullus, qui jam ad manus est, loca Veterum profert. Non autem in testimonii citandis prolixus ero, quod impositio manuum apud Catechumenos ante Baptismum in usu fuerit, quando promiserunt Episcopo piam vitam uti habet Dionys quam impositionem Catechumenis sanctificationem quandam putat August. lib. de peccat. merit. & remissione cap. 26. & lib. 2. de Baptismo parvolorum cap. 37. de illa etiam agit Autor Constat. Apost. lib. 7. cap. 39. & Greg. Magn. homil. 39. Cyprianus Epist. 73. fol. 220. sed de illa tantum unum vel alterum adducam, qua baptizati in Ecclesiam, cum qua etiam illa affinitatem habet, qua poenitentes, recepti fuere.

208. In codice Canonum Ecclesie Africana can. 37: Qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, non dum scire valentes erroris eorum interiurum : Et posteaquam ad statem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falsitatem eorum abhorrentes ad Ecclesiam DEI catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo, per manus impositionem recepti sunt, debere talibus suscipiendum munus Clericatus non impedire nomen erroris, cum veram Ecclesiam illorum putaverint ad fidem accendendo & ibi Christo crediderint, & Trinitatem Sacra menta percepient, que omnia vera & sancta, atq[ue] divina esse certissimum est & in his omnem unitatem spiritus constitutam.

209. Concilium Eliberinum Canon. 38. & 39. Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eum manum imponi, & fieri Christianos. Et Arelatense Can. 8. De Arrianis, qui propria lege sua utuntur, ut rebaptizentur, placuit, Si ad Ecclesiam aliquid hac heresi venerint, interrogent eos nostra fidei Sacerdotes symbolum. Et si pveriderint, in Patre & Filio & Spiritu Sancto eos baptizatos, manus sanctorum eum imponatur, ut accipiant Spiritum San-

Sanctum. Videatur Cyprianus Epistol. 14. Augustin. lib. 5. contr. Donatist. cap. 23. Leo. Epist. 77.

210. Inter preces Catechumenis manusimpositas Dionysius habet lib. de Hierach. Eccles. Rursus ille cum precatus est, benedicit, manusq; imponit. Et August. lib. 2. de bapt. Parrulorum Cap. 37. non unius modi ait, est sanctificatio, nam & Catechumenos secundum unum suum quendam modum per signum Christi & Orationem voluerunt quod sub manus impositio ne putat sanctificare. Significate autem voluerunt quod benedicerent illis orarentq; proeis quibus manus imponebant teste Augustino lib. 3. de Bapt. contra Donatist. cap. 16. Quid aliud manus impositio nisi Oratio, & Hieronymus dicit contra Luciferianos Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponantur; & ita invocetur Spiritus Sanctus, Eo etiam Christi & Christi & Iesu refero Marti. 10. 29.

211. Spiritus scil. Sanctus Spiritus precum est Zach. 12, 10. Occidente ergo hujus ceremoniae de Oratione informati sunt. Orationem enim in primis Dominicam Catechumenis explicatam extra dubium est. Unicum dictum hoc loco ex Augustino sufficiat ex Homil. 42. de Commendatione Orationis Dominicæ & eius expositione: Symbolum ait, reddidisti, quo breviter Comprehensa continetur fides: Iam ut ante adixi vobū, quod ait Apostolus Paulus, quomodo invocabunt, in quem non erediderunt Rom. 10, quia ergo quomodo credatur in DEUM, & accepisti, & tenuisti, & credidi sti, accipite hodie, quomodo invocatur DEUS. Ipse Filius, sicut audisti eum Evangelium legeretur, docuit discipulos suos, & fideles hanc Orationem Spem habemus obtinende causæ nostræ, quando talis Jurisperitus, nobis pre ces dictavit, sicut confessi estis, qui sedet ad dextram Patris, ipse est Advocatus noster, qui venturus est judex noster. Inde enim venturus est judicare vi vos & mortuos Tenete ergo & Orationem hanc, quam reddituri estis die Sabbati novissimo, quo die baptizandi estis.

212. Quartum Caput doctrinæ ἀναστορεως venientiæ est, id est RESURRECTIONIS MORTUORUM Inter illos Articulos enim, qui ex ratione investigari nequeunt, & hic est, à Philosophis & Sadducæis oppugnatum, quod homines mortui & in cineres redacti per DEI Omnipotentiam aliquando surgere debeant, & cum hæc doctrina sit maximè necessaria, uti ostendit in 1. Cor. 15. hoc loco ad fundamentum doctrinæ Christianæ relata est. Si enim non est resurrectio mortuorum neq; Christus suscitatus est 1. Cor. 15. v. 14. Inde Chrysostomus in h. l. Resur rectio-

restitutionis mortuorum. Hec enim in Confessione & baptismate firmatur. Aliam rationem usurpat Theophylactus. Id enim, ait, cum baptizamur, per figuram pretenditur. Nam cum veluti ex aqua emergimus, tunc quidem resurrectionem fateri videmur, & mortuos resurrecturos astruimus.

213. Hanc Doctrinam Catecheticam ostendit consensus Symbolorum in Ecclesia usitatorum, ut unicus locus ex Chrysostomo Homil. 40. sufficere queat. Quid, ait, baptizaturi sumus, adjungimur & dicere jubesur. Credo mortuorum resurrectionem & super hac fide baptizamur. Nam istud, ubi cum ceteris confessi sumus, ibi in fontem descendimus latitudinem sacrorum Vid. August. de Catech. rud. c. 7.

214. Ultimum denique Caput est doctrina κείμεται τοῦ άιώνος. AETERNI JUDICII. Quæ vox quomodo reddatur dubium est. Qui-dam de damnatione intelligunt, ut Judicium æternum dicatur, quia æternum durabit poena in impiis collata. Ita celeberrimus Dn. D. Gerhardus in Commentar. Conciinnius est, ait, per mortuorum specialiter intelligere beatam resurrectionem ad Vitam, cui opponitur Iudicium æternæ damnatio, qualis antithesis est Job. s. v. 29.

215. Alij de Judicio ultimo intelligent. Et ita Theophilactus judicium æternum, id est, ait, quod perpetua quadam est allatum sive bona sunt illa sive mala & cruciatus. Et Haymo, Hunnius, qui cum Ribera eleganter explicat, æternum vocari eō, quod ejus judicij sententia nunquam in æternum retractanda sit. Neq; aliter Parens, Marloratus. Hanc explicationem ergo utpote ad Veterum Symbola accendentem & nos recipimus verbis Augustini in l. de Catechizandū rudibus cap. 4. theses nostras concludimus.

Quicquid narras ita narra, ut ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet.

Corrigenda.

Tb. 1. Doctrina Christiana tb. 8. Theophilus. tb. 12. non prima rudimenta tam tum tb. 14. quod postea etiam apud Chrys. Eccl. Augustinum tb. 16. aucto-
rizes. Et αἰτηθεῖσιν tb. 40. addiscant. 51. deleatur etiam & Matth 9.
B. 18. destinatas habuerint / ponatur 99. deleatur nisi ad solos audientes
hocem Belles restringere. Eccl. de corona militi non 2. lib. 1. 100. audit
enies (non tamen ii. Eccl.) vocantur Catechesos studioſi delectis vocabulis
reliquis Plura alia benevolus lector ipſe corriget.

SOLI DEO GLORIA.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738042145/phys_0060](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738042145/phys_0060)


DFG

*Sanctum. Videatur Cyprianus Epistol. 14. Augustin. lib. 1.
cap. 23. Leo. Epist. 77.*

210. Inter preces Catechumenis manus imposita lib. de Hierach. Eccles. Rursum ille cum precatus est, benedic nit. Et August. lib. 2. de baptum. Parrulorum Cap. 37. non est sanctificatio, nam & Catechumenos secundum unum su dum per signum CHristi & Orationem voluerunt quod sub ne putat sanctificare. Significate autem voluerunt quod b orarentq; proeis quibus manus imponebant teste Augusti contra Donatistam cap. 16. Quid aliud manus imposuit Hieronymus dicit contra Luciferianos Ecclesiarum hunc e tizatis postea manus imponantur; & ita invocetur Spiritus am CHristi & Christo deo refero Marci. 10. 29.

211. Spiritus scil. Sanctus Spiritus precum est Z sione ergo hujus ceremoniae de Oratione informatissimum enim in primis Dominicam Catechumenis explicatam est. Unicum dictum hoc loco ex Augustino sufficiat ex Homiliatione Orationis Dominicæ & ejus expōsitione: Symbolum quo breviter Comprehensa continetur fides: Iam ut antea ait Apostolus Paulus. quomodo invocabunt, in quem non eret quia ergo quomodo credatur in DEUM, & accepisti, & testiū, accipite hodie, quomodo invocatur DEUS. Ipse Filius, Evangelium legereretur, docuit discipulos suos, & fideles Spem habemus obtinenda cause nostræ, quando talis Jurupes dictavit, sicut confessi estis, qui sedet ad dextram Patris noster, qui venturus est judex noster. Inde enim venturios & mortuos Tenete ergo & Orationem hanc, quam a Sabbati novissimo, quo die baptizandi estis.

212. Quartum Caput doctrinæ ἀναστορεως veniente SURRECTIONIS MORTUORUM Inter illos Articulos tione investigari nequeunt, & hic est, à Philosophis & Saddicis, quod homines mortui & in cineres redacti per tentiam aliquando surgere debeant, & cum haec doctrina necessaria, uti ostendit in 1. Cor. 15. hoc loco ad fundationem Christianæ relata est. Si enim non est resurrectio Christus suscitatus est 1. Cor. 15. v. 14. Inde Chrysostomus



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 1234567890